

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

H

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

chas & mopfus inter se contendentunt de peritia diuinandi: sed a mopfo superatus Calchas dolore interiit: ut in carminibus Euphorionis scribi dixit.

Gryps huius gryphis declinatione græca: & in plurali gryphes facit. at nonnulli ex nostris hoc tempore grypho gryphonis declinat. Quorum omnium prima cum .y. græco scribitur: est animal quadrupes & pennatum: quod in hyperboreis montibus nascitur: & in omni parte corporis leo est præter alas & faciem: quibus aquilas repræsentat: estq; hominibus & equis maxime infestus: ut etiam tetigit Virgilius in buccolicis: Iungentur iam gryphes equis.

Grypus cum .y. græco & unico .p. scribitur: dicitur nasus gibbus seu aquilinus: & gryphis similitudine deductus.

h Adrianus cum aspiratione principii: & .i. latino in antiquis inscriptionibus semper scriptum comperi. Nam apud athenas ad fauces aquæ ductus extra ciuitatis moenia ad unum miliare litteris latinis sic scriptum comperi. Imp. cæsar ælius Hadrianus: Antonius. Augustus. coll. iii. trib. pot. ii. p. p. aquæ ductum in nouis athenis ceptum a diuo Hadriano pater suo consumauit: dedicauitq;. At uero adrianus sine aspiratione nomen est gentile ab adria urbe deductum: sane dictio hadriana p filia Minois regis cræta: ut insci quidam moderni somniauerunt: nunq; cõperta apud antiquos & doctos fuit: ut late uidimus in dictõe aradne

Hæma cum æ diphthongo scribitur. dicitur apud nos sanguis: unde dictio hæmilius forte deducitur: & simili modo aspiratur. Sed nos aspirationem abieciimus: ut in antiquis inscriptionibus aspeximus: de quo supra in dictione æmilius late uidimus.

Hæmatites cum æ diphthongo & duob; .t. exilib; atq; .i. latino scribitur: lapis est ruboris sanguinei: a quo nomen assumpsit. Nam et .u. græce latine sanguis dicitur.

Hæmorrois cum æ diphthongo & duplicato .r. atq; .i. latino scribitur: dici potest a nostris sanguinaria. Nam ab et .u. quod est sanguis deducitur.

Hæresis sola prima cum æ diphthongo & ultima cum .i. latino scribitur: dici potest a nobis optio seu electio. Nam deducit ab αἰροῦμαι quod est opto seu eligo: unde phæresis quæ apud nostros ablatio dicitur: & diæresis quæ est diuisio atq; synæresis quæ est diuisorum coniunctio: a nonnullis uero secta hæresis ipsa traducitur. Cicero autem uocabulo græco utitur in paradoxis cum ait: estq; in ea hæresi quæ nullum sequitur florem orationis.

Hæresius cum aspiratione & æ diphthongo scribitur: nomen est uiri proprium.

Hægesilaus cum aspiratione principii & .i. latino atq; unico .l. scribitur. fuit rex lacedæmonius non potestate sed nomine: quæ admodum cæteri spartani reges creari consueuerant: nam mos erat apud illos teste Plutarcho & Aemilio a maioribus lacedæmoniis traditus: ut duos semper haberet reges noie magis q; imperio: ex duabus familiis Prodi & Eristhenis: qui princeps ex pgenie herculis sparte reges fuerant: horum ex altera in alterius familiæ locum fieri nõ licebat. Ita utraq; suu retinebat ordinem: & primu quidẽ ratio habebat: qui maximus natus esset ex liberis eius qui regnas decessisset: sin is uirilem sexum non reliquisset: tunc deligebat qui proximus esset p pinq;itate: p quem modum mortuo hagi rege frater Hægesilaus substitutus est. hic cum a cæteris scriptoribus græcis tum eximie a Xenophonte socratico collaudat; est: eo enim usus est familiarissime: gessitq; strenue plurima bella & religiosus in deos: piusq; i patriam fuit: qn & magistratib; obedientissimus.

Hægesipolis cum aspiratione principii & .i. latino utrob; scribitur: uir fuit atheniensis de quo nunq; Plutarchus meminit.

Halcyones cum aspiratione principii & .c. exili atq; .y. græco scribitur: unde necessario dictionem hanc aspirari indicant poætæ: qui exilem consonantem ante illam positam in aspiratam conuertunt. Theocritus in buccolicis χαλκῶνες στερηντι τα κῶματα τῆνδε λαλατῶν ubi dixit χαλκῶνες cum .x. & nõ καλκῶνες cum .k. quod factum esset si halcyones non aspiraret. Nam ibi και esse debuit: sed per subsequentem uocalem diphthongus ipsa και abiecta fuit: & .k. littera exilis & simplex in .x. litteram aspiratam ob aspirationem sequentis uocalis conuersa fuit: quæ admodum supra ostendim;. Quare si nõ fuisset eius dictionis prima aspirata exilis & simplex .k. remansisset. Et sunt autes teste Plinio li. v. naturalis historiae paulo minores passerib;: habetq; maiori ex parte penas purpureas cæcidis admixtas: collo gracili ac pæro: quas uideri cõtingit raro: quæ nisi circa solsticia & in bruma in qua oua deponunt apparerent. Nam tunc quoq; medio fere hyemis in mari ipso nidificant: quo tempore si pontus undosus fuerit: ipsis ouis manifestat. Caduntq; pcellæ oes donec halcyones posita oua foueant. Et cum septem dies sint quibus educunt pullos: septem alios adiungunt quibus partem enutrient. de quibus Ouidius li. xi. metamorpho. dixit.

Perq; dies placidos hiberno tempore septem.

Incubat halcyone pedentibus æquore nidis.

Tum uia tuta maris: uentos custodit & arceat.

Aeolus egressu: præstatq; nepotibus æquor.

- H**alicarnasus cum unico. l. sequente. i. latino & c. exili atq; unico. f. scribitur: deriuaturq; ab ἁλιός quod mari num indicat: & simili modo aspiratur: ciuitas est maritima in caria regione minoris asiae argiuorum colonia: ut Pomponius li. i. scripsit: in qua Mausolei nobilis extat opus: ut in ea dictione uidebimus.
- H**aliacmon cum unico. l. & i. latino atq; c. exili sequente. m. scribitur. fluius est macedoniae: ut testatur Heciodus in theogonia.
- H**alys cum unico. l. & y. graeco scribitur: fluius est qui teste Plinio li. vi. naturalis historiae oritur ex radicibus tauri montis & defluens per cappadociam disiunxit olim regna lidiae a persis: idem teste Herodoto inter paphlagonas uersus boream exiens: in euxinum pontum definit. de hoc locutus Apollo ait: Cræsus transgressus halym plurima regna perdet.
- H**alizes cum unico. l. & i. latino sequente. z. consonante scribitur: populi sunt paphlagonum: sic quoque dicti teste Aristracho super. v. iliados librum: quia undique a mari circumdatur: hoc est ab ἁλιόωσται quod est circumdari ἁλιόωσται mari.
- H**amadryades cum aspiratione principii: & y. graeco scribitur. Nam componitur ex ἁμα quod apud illos aspiratur: & cum sit aduerbium ordinis significat simul & ἄρυσ huius ἄρυσ quod est quercus: hoc est nymphae quae una cum aboribus & nascuntur & pereunt: & ponitur species arboris pro genere.
- H**amaxæpeus cum aspiratione principii & x. consonante in penultima scribitur: pars est fluminis hypanis: qui cum fonte xampeo amaro comixtus est: nam componitur ex ἁμα quod est uua & ξαμπεύσ quod nomen est fontis callipodum amara scaturigine infamis.
- H**amilchar cum. i. & ch. aspirato a graecis & emendatis latinis scribitur: licet barbarum cum quibusdam sequentibus esse dicatur: hic cognomento Barca dictus est: & fuit hannibalis filius: & pater alterius magni Hannibalis: fuitque carthagenensis in extremis primi punici belli: & admodum adolescentulus in sicilia praesse cepit exercitui: cum ante eius aduentum & mari & terra male res gerentur carthagenensium: ipse ubi affuit nulli hosti cessit: neque locum nocendi dedit: saepeque e contrario occasione data laecessit: semperque superior discessit: ut Polybius historicus amplissime ostendit.
- H**amilcho simili modo scribitur: atque omnia huiusmodi barbara cum aspiratione scribuntur.
- H**annibal cum duplicato. n. & i. latino scribitur: fuit carthagenensis Hamilcharis filius qui tanto caeteris duobus prudentia prestare uisus est: quanto populus romanus cunctas gentes fortitudine antebat: nam quam docuimus: cum eo populo congressus est in italia semper discessit superior: & nisi suorum ciuium inuidia delitatus esset: romanos uideretur superare potuisse. Sed multorum obretractio teste Cornelio nepote deiecit unius uirtutem. hic minor quinque & uiginti annos natus imperator factus: proximo triennio omnes gentes hispaniae bello subegit: saltum pyreneum transiit: & ad alpes posteaque uenit: quae italiae a gallia seiuungunt quas nemo unquam cum exercitu praeter Herculem transierat: ita itinera & loca lapidosa strues comburendo: & acetum iniiciendo patefecit ut ea elephantus oneratus ire posset: quae antea unus homo inermis uix poterat reperire: & cum iam romanos tribus praesulis perfigisset: pergens inde p ligures: & apoeninum transfiliens petebat hetruciam: quo itinere apud ea loca ubi nunc est florentia: adeo graui oculorum morbo afficit: ut dextrum perdidit: uel ut alii dicunt nunquam eo bene usus sit. Qua ualitudine cum etiam praemeretur. Et gætula ducem portaret belua luscum. C. Flammineum consulem apud thrasumenum cum exercitu insidiis circumuentum occidit: inde in appuliam pergens maxima clade romanos apud canas effecit: sed tandem semper inuictus cogitur a ciuibus suis italiae relinquere: & opere patriae afferre: quae a p. Scipione premebatur: a quo in africa apud rhamam deiecit: dum pro reparatione acerrime esset occupatus: carthagenenses bellum cum romanis coposuerunt. deinde cogentibus romanis cum in exilium mitteretur: ad Antiochum regem syriae confugit: qui cum contra romanos bella pararet: & Hannibalis consilia sperneret quem suspectum sermones cum Villio romanorum legato apud ephesum reddiderant: a romanis uictus Antiochus & ad pacem coactus: Hannibali significauit illum peti a romanis: qui cum aufugisset ad Prusiam regem bithiniae: & eodem modo eius regis cum romanis res praecederent: non illi similiter romanorum postulationem rex perfidus indicauit: sed cum in romanorum manibus hoc est Titi Quinti: qui ob eam causam uenerat: ut Hannibalem romam captiuum diceret: ita tradidit ut uix tempus sumendi uenenuz: quod in annulo regio more gerebat: ei superasse posset qui quidem amulus: ut dixit luena. fuit cannae uindex: ac tanti sanguinis ultor & sequitur: Idemens & se uas curre per alpes. Ut pueris placeas: & declamatio fias: hoc est illis pueris: qui in rhetorum scholis Hannibalis gesta pro declamationis suae materia assumere consueuerant: decessitque teste Aemilio Probo anno septuagesimo uita suae.
- H**armonia cum aspiratione principii & i. latino scribitur: dici potest a nostris concentus seu magis proportio lita. Nam descendit ab ἁρμονία quod est coapto: fuit etiam feminae nomen quae filia fuit Gelonis syracusarum regis: & uxor Themistii syracusani: quae deinde ut omnis stirps regia tolleret occisa fuit.
- H**armodius similiter scribitur: & nomen fuit uiri proprium.
- H**armodotus cum. t. exili scribitur: nomen fuit poetae de quo nonnumquam Plutarchus meminit.
- H**armonides cum. i. latino scribitur: fuit troianus: quem teste Homero libro. v. iliados praecipuo quodam amore

re Muerua

re Minerva dilexerat: ideoque nihil eum fugit: quod fabili arte effici possit: is inter alia quae fabrefecerat naues il-
las Alexandro adificauit: quae fuerunt malogae omnium: quae troianis contigerunt caput: perniciosas quidem
ac mortiferas: ut ceteris troianis: ita ipsi adificatori: quia deorum monita non intellexerunt.

Harpalice cum unico. l. & i. latino atque. c. exili scribitur: fuit filia Harpali regis thraciae & amazonum regina:
ut dixit Seruius super primum aeneidos: hac cum senem patrem captum audiuisset a getis: congregata mul-
titudine subito impetu perrexit & patrem liberauit: quod tetigisse uidetur Virgili. li. aeneidos. i. cum ait. Vel
qualis equos threissa fatigat Harpalice uolucres: fuga praerertitur hebrum.

Harpasa cum unico. f. scribitur: oppidum est in asia iuxta quod teste Pli. li. ii. naturalis historiae cautes stathor-
renda uno digito mobilis: ea si toto corpore impellatur resistens.

Harpe similiter aspiratur: fuit ensis falcatus: quo usus est Perseus: unde Lucanus: Harpem alterius monstri iam
cede rubentem: & ab ἄρπυγιος quod est rapio nomen accepit.

Harpia cum diphthongo & y. graeco & i. latino compacta scribitur: sed aspirandam esse ostendit Hesiodus
in theogonia cum dixit Ἡρπυιῶν ἄρπυιαι: ita ut cum debuerit esse. r. simplex siue exile propter aspi-
rationem sequentis dictionis conuersum fuit in. o. quod est aspiratum per modum quem in praecipis expli-
cauimus: unde & uerbum a quo deriuatur similiter aspiratur: ut ἄρπυγιος. i. rapio: & ponunt a poetis lati-
nis tres. f. Aello Ocyrete: & Celeno. ab Homero uero additur quarta. f. Thyella.

Harpalus cum aspiratione & per unicum. l. scribitur: nomen est proprium ad ἄρπυγιος deductum: fuit regis Cyri
praefectus: a quo teste Iginio deducti fuerunt: qui ex terra phociae fugati sunt: & quidam alii ueliam in agro Lu-
cano resederunt: unde uelinus dictus est portus: pars massilia condiderunt: post annum amplius sexcentisimum
postquam Aeneas in Italiam uenit: ex quo reprehendit Virgilium Iginius: qui in. vi. Palinurus inducit portum
hunc Aeneae denominare & similiter nonnullis aliis in locis quae correcturum Virgi. existimat: ut diffuse Gel-
lius li. x. noctium atticarum pertractauit.

Hastrubal cum. t. exili a graecis & non cum. d. ut nonnulli ex nostris consueuerunt scribit: frater Hannibalis fuit.

Hautotimorumenon prima aspiratur: & reliquae omnes sine aspiratione scribunt: & sunt octo syllabae: eam
graecam dictionem apud nos describentes: quae Terentii unica comedia inscribitur: significatque seipsum cru-
ciantem: de quo sane in ea comedia pertractat: nam componit ex hac dictione εαυτον: quae apud illos aspi-
ratur in initio & si ipsum designat: atque τιμορουμενον: quod significat cruciantem: quia participium est
huius uerbi τιμοροουμεν: quod est uindictor & crucior. Sane repperi sapius ab antiquis: quibusdam gram-
maticis inductam eiusmodi inscriptionem cum participio in datiuo: pro quo nos quandoque ablatiuo utimur:
uidelicet τιμοροουμεν hoc est in seipso uindicante seu cruciante hocque plerumque.

Hebdomada cum aspiratione principii & unico. m. scribitur: dicitur a nostris septimana: nam deriuatur ab εβ-
δομοιο: quod apud illos aspiratur: & apud nos septimum significat.

Hebenum similiter aspiratur: & cum unico. n. scribitur: idque herodianus de orthographia attestatur: arbor est
quae in india nascitur. Virgi. libro georgico. i. Sola india nigrum fert hebenum: nam eius lignum teste Plinio li-
bro. xii. naturalis historiae nigri splendoris ac iucundi est: accendi Fabianus negat: uritur tamen odore iucun-
do: ac Herodotus etiam in aethiopia comperiri dixit: cuius tributi uice regibus perfidis centenas phalagas
tertio quoque anno pensitasse aethiops cum auro & ebore prodidit: estque generis neutri & foemini: neutri que
dem ut Virgilius: Sola india nigrum fert habenum: foemini uero ut Lucanus: Qui hebenus inquit mareotica

Hebe absque diphthongo scribitur: dicitur a poetis Iunonis filia sine patre. Nam cum graece conuiuium Apollo
in domo patris Iunoni nouercae parasset & ipsa auide lactucas comedisset agrestes: factum est: ut ex il-
lis grauida fieret cum usque in id tempus sterilis perstitisset: peperitque deinde heben: quae quia formosa erat
ab ipso Ioue pincerna constituta est: & dea iuuentutis dicata: quae deinde cum semel in deorum conuiuio po-
eula ministraret: & casu in terra caderet: uestesque subleuarent: ita ut obscena diis monstraret: indignatus Iup-
iter eam ab officio amouit: & eius loco Ganymedem rapiens substituit: postremo Herculi in numero deo-
rum iam assumpto coniunx datur: de quo Seneca in octauia inquit deus Alcides possidet heben: nec Iunonis
iam timet iras: cuius gener est qui fuit hostis. & Iuuenalis in satyra Exemplo quodcumque malo ait. Nec puer
iliados formosa nec herculis uxor Ad cyathos.

Hebraeus cum a diphthongo in penultima scribitur:

Hebrus tam a nostris quam a graecis aspiratur fluuius est thracum celeberrimus: qui Aristotelis testimonio lib. ii.
meteororum ex monte pindo nascitur. Seruius uero ex Oeagrio fluuiio patre Orphei: qui etiam ex eodem
monte pindo nascitur profluere dixit: quod Virgilius tetigisse uidetur libro georgico. iiii. cum ait: Oeagrius he-
brus: & quia odryssi montis niues eum plurimum augent: frigidissimum etiam reddunt: quare dixit Vir-
gilius in Gallo: Si amore aestuantes frigoribus mediis hebrum: bibamus: nos tunc quoque refrigerari non pos-
se. fuitque in illo praecipuum Orphei caput & lyra.

Hecate cum unico. c. exili atque. t. absque aspiratione scribitur: ponitur pro Diana: siue Luna seu Proserpina. Nam
hecaton apud graecos centum significat: quem numerum finitum per infinito ei antiqui ob mirabilem potentiam
tribuebant: quod tetigisse uidetur Virgi. li. aeneidos. vi. cum ait. Voce uocans hecate: caeloque crebroque potentem

ubi dicit Seruius Hecate proserpina dicta est: aut quod centum uictimis placetur: prout Menelaus consitu-
it: aut quod centum annos errare faciat insepultos.

Hecatobe similiter per unicum. c. exile atq; .t. sine aspiratione scribitur: sacrificium erat centum boum: ut in
precedenti uidimus dictione Iuuenalis in satyra: Natali coruine die: Existunt qui promittunt hecatoben: q̄
si hecaton. i. centum ΒΟΥΣ: quo uocabulo utitur & Homerus.

Hecatopylon cum. c. & .t. exilibus atq; .y. graeco scribitur: dici potest latine centum portarum ἑκατόπυλον eniz
portarum designat.

Hector cum. & .t. exilibus scribitur: fuit filius regis Priami ex Hecuba a poetis omnibus cantatissimus.

Hecuba cum unico. c. & illo exili scribitur: fuit regis Priami uxor: qua Homerus Dimantis filiam dixit: idq; te-
tigisse uidetur Ouidius libro. xiii. metamorphoseos cum ait. Ergo alius latrasse dimantida flebile uisum ē.
Euripides uero non Dimantis sed Cissei regis thracum fuisse dixit: que secutus Virgilius libro. ix. zneidos
dixit Cisseis pragnans ignes enixa iugales: uidelicet cum pepererat Paridem: quia pragnans somniaue-
rat se accensam facem parere: qua patriam totam inflammaret. fuitq; statura grandi: & uirili animo pia &
benigna: sed amisso uiro patria & nobilissimi filii: in canem conuersa ponitur ab Ouidio libro. xiii. me-
tamorphoseos.

Hedera cum aspiratione & absq; aliqua diphthongo scribi debet arboris est genus aliis arboribus uel muris
insidens: & ab ἑδρα quod est colloco uel infide deducitur: & non ab hæreo uerbo latino: ut quidam pu-
tauerunt: cuius primo diphthongum habet: & naturaliter producitur: & hedera primam corripit. hanc te-
ste Plinio libro. xvi. naturalis historia negauerat Theophrastus nasci in asia: nec in india: nisi in monte me-
ro. quare Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu ob uictoriam ex India rediisse exemplo liberi pa-
tris cuius dei ut ille inquit: Et tunc adornant thyrsos galeas: quinetiam hac scuta thraciae populi in solenni-
bus sacris teste festo in tutela liberi patris esse putabatur: quia ut ille iuuenis semper: ita hæc uirēs: uel quia
ita illa omnia sicut ille mentes hominum illigat: sed pergit Plinius inimica arbor fati omnibus: sepulchraq;
ac muros rumpens: serpentium frigori gratissima: ut mirum sit illam in honore ullo habitari. huius ut in se-
quentibus ille idem ostendit: species sunt tres. est enim candida & nigra hedera: tertia uocatur hellix & ia-
num: rursus & hæ species diuiduntur in alias: quonia est aliq; fructu tm candida. alia & folia simili modo &
nigra: alicui semen nigrum: alii crocatum cuius coronis poetae utuntur foliis minus nigris: qua quidam my-
siam: alii bacchiam uocant: hellix uero fructum non gignit: est & alia rigens hedera: qua sine adminiculo
stat: sola omnium generum: & ob id uocata cyssos: de qua in ea dictione uidimus: & alia e diuerso nunquam
nisi humo repens dicta chamecyssos: ut etiam in simili dictione uidimus. at uero Seruius in bucolicis dixit
nigra autem uel alba hedera non ex foliis sed in ligno cognoscitur: & infra subdit Plinius hedera mira p-
ditur natura ad experienda uina: si uas fiat e ligno eius uina transfluere: ac remanere aqua: si qua mixta fu-
erit: eadem teste eodem Plinio in eodem libro si teratur lauro uel laurum conterat: ignem admodum filicis
& ferri concipit: sane coronabantur hederae poetae: cum in certaminibus ex iudicij sententia approbati fu-
issent: ut inuentum epigramma apud histonium frentanorum oppidum saxo insculptum his uerbis indicat
L. Valerio pudenti. L. F. hic cum esset annorum. xiii. Romae certamine sacro Iouis capitolini Iustro. vii. clari-
tate ingenii coronatus est inter poetas latinos omnibus sententiis iudicij. huic plæbs uniuersa municipij
histonienfium statuam are collato decreuit: ideo & de seipso dixit Ouidi. in. viii. de ponto.

Tempora sacra mea sunt uelata corona.

Publicus inuito qua fouor imposuit: sed q̄ ex hedera coronarentur ostendit Virgilius in bucolicis cui ait:
Pastores hedera crescentem ornate poetam. Iuuenalis in satyra. Et spes & ratio inquit. Qui facis in parua
sublimia carmina cella. Ut dignus uenias hederis & imagine macra. & Persius similiter. Quorum imagines
lambunt hedere sequaces: & hoc siue a similitudine perpetui uiroris: siue quia libero patri hoc est baccho
sacra sit: & poetae ut bachantes insanire dicantur: siue ut alii dicunt: quia ex una parte foliorum hedera ui-
ridior est: quo fama æternitas indicatur: ex altera pallor quia poetas ipsos ex studiorum labore consequi ui-
debatur: ut Persius in prima satyra: En pallor seniumq;. Iuuenalis similiter de poetis qui tempore Mece-
natis florebat locutus inquit: Tunc utile multis pallere & uinum toto nescire decembri: itaq; cum trium-
phantes duces lauro coronarentur: & Augustus non solum dux inclutus: sed poeta clarissimus fuerit: inqt
ad illum Virgilius. Atq; hanc sine tempore circum. Inter uictices hederam tibi serpere lauro: sunt & q̄ ue-
lint nonnunquam poetas etiam myrto fuisse coronatos: ut ingenij acumen: & scriptorum odor denotari
posset.

Hegesippus absq; aliqua diphthongo & .i. latino atq; duplicato. p. scribitur: nomen est uiri proprium.

Hegesias absq; diphthongo & .i. latino scribitur: fuit unus philosophus cyreniacus: qui copiose disputauit de
bono mortis: alter fuit statuarius qui teste Quintiliano in. xii. duriora: & tuscanis proxima effingebat.

Hegesipyle antepenultima cum. i. latino: & penultima cum. y. graeco scribitur: fuit teste Herodoto lib. vi. li-
storiarum Holori regis thraciae filia: quam Milciades atheniensium dux uxorem accepit.

Helectrum cum unico. l. & .t. exilibus scribitur: graecum uocabulum est ab ἤλιος quod est sol deductum: ut

uidebimus in dictione heliades: & est succus ex arbore pinci generis profluens: & ob id a latinis succinum appellatum: a cuius coloris similitudine puto eam mixturam helectrum dici: quæ ex parte quadam auri & argenti conficitur: dicente Plinio libro. xxxiii. naturalis historie: aurum in quo quinta argenti portio est helectrum uocatur: & si quintam portionem excesseris incudibus non resistit: & ut pergit: est etiam helectro auctoritas Homero teste: qui Menelai regiam auro helectro argenteo ebore fulgere tradit: Mineruæ templum habet lyndos in insula rhodiorum: in quo helena sacrauit calicem ex helectro.

Helicon absq; diphthongo & cum unico. l. atq; .i. latino & .c. exili scribitur: unus est ex iugis parnasi: qui & alio nomine cyrrha dictus est: fuitq; Apollini sacer: ut in dictione parnasia uidebimus.

Helios cum .e. absq; diphthongo & unico. l. atq; .i. latino scribitur: dicitur a nostris Sol: & inde heliades heliogabalus & plura alia deducuntur.

Heliogabalus cum simpli. l. atq; .i. latino scribitur: fuit naturalis filius Antonii Cara callæ: illiq; eo tempore ex Semiamira formosissima femina apud phœnices genitus: quo pater eius Seuerus cum parthis bellum habuit: hic cum adolescentulus esset: factus est sacerdos Solis apud phœnices: unde Heliogabali cognomen adeptus est. Nam helios ut diximus: sol est: & gabalus teste Seruio super septimum aeneidos illius proprium nomen fuit: uel ut alii dicunt lingua phœnicia sacerdos. deinde artificio matris ad imperium apud antiochiam assumptus est interfecto. l. Macrino: qui firmata iam pace cum parthis libidinose cum illa uiuebat. Quare ad urbem ueniens Heliogabalus a senatu impetrauit: ut mater in ordine senatorio locaretur: quæ prima femina in eo ordine fuit: ut hæc & reliquam Heliogabali spurcissimam uitam Helius lampridius pertractauit.

Heliopolis cum simpli. l. & .i. latino utrobique scribitur: ciuitas est ægypti: quæ a græcis teste Diodoro siculo thebæ dicitur: huius ciues teste Herodoto libro historiarum secundo apud ægyptios omnium sapientissimi habentur: altera est in cilia patria Crysippi stoici: ut ostendit Solinus cum de cilia tractat.

Heliades cum unico. l. & .i. latino scribitur: patronymicum est femininum ductum ab helios qui est Sol. Nam sorores dicuntur phæthontis: quæ fraterna funera iuxta eridanum deplorantes conuersæ dicuntur in alnos dicente de illis Virgilio in sileno. Atq; solo pœras erigit alnos: uel in populos: ut dixit Ouidius quæ sane arbores ut aiunt cum sol torrens Iunio Iulioq; mensibus cancrum atq; leonem attingit æstu ualido fissis cordicibus succum sui liquoris in eridanum fluuium iaciunt: qui cum in lapidem obduretur helectrum dicitur: quia Sol helios appellatur: & illud ex ui solis originem ducere dicunt. unde Ouidius libro metamorphoseos. ii. Stillatq; sole rigescunt De ramis electra nouis: quæ lucidus annis Excipit: & nuribus mittit gestanda latinis: hocq; prius græci poetæ fere omnes dixere ut Aeschilus: Polyxenus: Euripedes: Satyrus & Nicander: quod sane dictum: ut ait Plinius libro. xxxvii. naturalis historie falsum esse italiæ testimonio patet: ubi helectrum nasci nunquam compertum est: quare infra subdit certum esse gigni in insulis septentrionalis oceanii: & a germanis appellari glessum: ob quod a nostris unam earum insularum glessaria est appellata: Germanico Cæsare ibi clasibus rem gerente: & subdit. nascitur autem defluente medulla ex arboribus pinci generis: ut gummi in cerasis: resina in pyris erupti humoris abundantia. Densatur rigore uel tempore aut mari cum intumescens æstus rapuit ex insulis: & infra subdit arboris succus etiam esse prisca nostri credidere: ob id succinum appellant: sed famam rei prisca poetis teste eodem Plinio fecere proxima pannoniæ id accipientes circa mare hadriaticum: & pado annexa fabula fuit: quia transpadanorum agrestes feminae succina decoris gratia maxime gestare consueuerant: ac etiam hodie obseruant: uerum cum ex illis preciosa pocula succaueretur: dixit Iuuenalis in satyra: Si te propositi: Ipse capaces heliadum crustas & inæquales berillos: uidelicet ob sculpturæ artificium: uel ob aliarum gemmarum ornamenta. nam ut subdit Birrho ut multi gemmas ad pocula transfert a digitis: quas in uagine fronte solcat Ponere zelotypo iuuenis prælatus hiarbæ regi. l. mauritania: cui iuuenis Aeneas prælatus fuit: de quo Virgilius libro aeneidos. iiii. Ast illi stellat⁹ iaspide fulua ensis erat: & reliqua quæ hunc Iuuenalis locum explanant.

Heliotropia cum .i. latino utrobique: & .t. exili scribitur: herba est quæ ad motum Solis conuertitur: & componitur ab helios: quod est sol: & τροπή conuersio: ab aliquibus heliotropium scribitur.

Helichrysos cum .ch. aspirato sequente. y. græco in eadem syllaba scribitur: secundum nonnullos: flos est: quæ teste Pli. lib. xxi. naturalis historie habet folia auro similia: & tenue cauliculum grandeq; sed durum: & componitur dicitur ex ἥλιον qui est Sol: & chrysos aurum quasi aureus flos esse uideatur: & propterea rectius scribitur sine aspiratione in principio.

Heleus cum unico. l. scribitur: nomen fuit Bacchi a ciuitate helidis: ubi plurimum honoratus fuit tractum.

Helicopis cum unico. l. & .i. latino utrobique atq; .c. exili scribitur: nomē fuit nymphae.

Helena cum aspiratione principii & unico. l. scribitur: habetq; apud græcos accentum in penultima: quem teste Seruio super. viii. aeneidos commutauit in primam: de quo in dictione profodia causam uidebimus: fuit filia Tyndari ex leda: quæ teste Gorgia ex sua admiranda pulchritudine uisa est filia Iouis: quam primo uirginem Theseus rapuit sed intacta fratribus restituta fuit: nupsit deinde Menelao: & uiro absente a Paride iterum rapitur: post cuius mortem nupsit Deiphobo fratri Paridis: tandem post Troiæ excidium redditur

Menelaos: qui nauem cum illa ascendit patriam petiturus: sed acti tempestatibus in aegyptum ad Regem: quem Homerus Polybum uocat deuenere: inde descendentes: atq; octo annis errantes: ut testis Eusebius in patriam tandem reducti sunt: longe ante mortuo Agamennone: & illis forte diebus Aegistho sane ex antiquis graecis scripsere nonnulli illam nequaquam a Paride raptam fuisse: sed aliam causam troiani belli extitisse: quod. s. Herculem quaerentem illam olim raptam a Theseo & Protheo Regi aegypti comendataz suscepere noluerunt: ad quam petendam Menelaum ad aegyptum post bella troiana profectuz ferunt. hocq; ex relatu Porphyrii in quibusdam glosulis super Homerum accipi: Sed quae supra diximus poetae omnes graeci quos legimus latinique confirmant eandem fuisse immortalem ex longa aetate computare uoluit Seruius super secundum aeneidos dicens constare fratres eius cum argonautis fuisse: argonautaruz uero filios cum thebanis dimicasse: quorum iterum filios contra troiam bella gessisse. s; utrunq; res fuerit: rettulit Ifo crates illam senio iam confectam: & in rugas faciem contractam: per speculum inspicientem uiros illos fortes: seu heroas & semideos: ut uerbis Homeri loquar: longo risu ridere consueuisse: qui pro tam conductaque fallaci re tanto ardore ac pertinacia depugnassent: non enim ob aliud pugnasse ab Homero dicitur: quia restituta helena se recessuros promittebant. Ouidius uero illam fleuisse dixit: cum ait libro quintodecimo metamorphoseos.

Flet quoq; ut in speculum rugas aspexit aniles.

Tyndaris: & secum cur sit bis rapta requirit.

Helenuus cum unico. l. & i. latino scribitur: flos dicitur teste Plinio libro. xxi. naturalis historiae ex lachrymis Helenae natus: & ideo in Helena insula ut ait laudatissimus. est autem frutex humi se spargens drodantalibus ramulis folio simili serpillo.

Helcus cum. c. exili scribitur: id est quod a nonnullis ex nostris huleus scribitur.

Helorus cum unico. l. scribitur: fluuius est scythiae teste Plinio libro. iii. naturalis historiae: qui campis ut nilus superfunditur: dicente etiam Virgilio li. iii. aeneidos. Exupero praepingue solum stagnantis helori.

Helops cum unico. l. scribitur: piscis est: quem teste Quintiliano libro. v. de institutione oratoria ait scaru nostro mari non ducas. unde columella li. ix. ait pamphylio profundo & nec alio pasci.

Helisabet cum unico. l. & i. latino atq; t. exili in fine scribitur: nomen hebraeae foeminae pprum.

Hellin cum duplicato. l. & i. latino scribitur: fuit Aristarcho teste super decimum odyssae Deucalionis filius a quo graeci hellines uocitati fuerunt: ut uidebimus in dictione Pyrrha.

Hellas cum duplicato. l. scribitur: regio est: de qua in dictione attis plene uidimus: & teste Plinio. lib. iiii. naturalis historiae ab isthmi angustiis incipit: a nostris appellata graecia: sic quoq; a graeco Rege: qui prin^o in illa regnauit: a cuius filia uocata est Attis: deinde ab Helline Deucalionis & Pyrrhae filio dicta fuit hellas: sed nos antiquius nomen seruamus: ac graeciam dicimus.

Helle huius helles cum duplicato. l. scribitur: fuit Athamantis argiuorum Regis filia: & Phryxi foror: ut uidebimus in dictione Phryxus.

Hellespontus cum duplicato. l. & t. exili scribitur: mare est illud strictum: quod a tenedo usq; ad ppondidem uergit ab Helle denominatum: ut uidebimus in dictione Phryxus: & inde helleponticus & hellepontiat⁹ ut Virgi. libro georgi. iii. Hellepontiaci seruet tutela priapi.

Helleborum cum duplicato. l. scribitur: herba est medicinalis: quae plurima nascitur in anticyra insula: ut in ea dictione uidimus: & uocatur teste Plinio libro. xxv. naturalis historiae apud italos ueratrum: suntq; teste Aulo Gellio li. xvii. duae eius species coloris insignes candidi & nigri: qui non in sente neq; in uirgultis: sed in radice dignoscunt: de quibus plura scribuntur.

Hellix cum duplicato. l. & i. latino scribitur: genus est hederae: ut in ea dictione uidimus: quae apud nos lubri cum indicat.

Hemis cum aspiratione principii & i. latino scribitur: apud nos traducitur: ut plurimum semis. naz graece scribitur $\mu\alpha\iota\sigma$ cuius aspiratio in. s. nostrum conuersa fuit & ultima littera abiecta.

Hemicyclus componitur ex hemi quod est semis & cyclus absq; aspiratione & y. graeco: quod est circulus: q; si dimidius sit circulus.

Hemina cum aspiratione principii & i. latino scribitur: genus est uasis: quo uinum uel frumentum uendebat & ab hemis descendit quod est semis: quasi media sit sextarii: quod Gellius libro. iii. noctium atticaruz ostendisse uidetur: quum de dimidio & dimidiato loquens inquit si sextario hemina fusa est: non dimidiatum sextarium fufum dicendum est sed dimidium. Perlius in secunda satyra: Fregerit heminas arreti aedilis iniquas unde accentum detinet in penultima & inde heminaria quasi mediocris dici potest. Quintilianus libro. vi. de institutione oratoria Fabius maximus inculans Augustae congiariorum: quae amicis dabantur: exiguitatem heminarium esse dixit: sane congiarium id uini est: quod a principe aliquo doni gratia in populum datur: est etiam mensura quaedam: ut Paulus iurisconsultus de fundo instructo: & instrumento legato ostendit cum ait: item urnae: arae & congiaria sextaria.

Hemisparium cum duplicato. i. latino utrobiq; scribitur: dicitur a nostris media spara.

Hemistichos cum .i. latino utrobique & .t. exili atque .ch. aspirato scribitur: dicitur a nostris medius uersus: nam ἡμιστίχον græce latine uersus dicitur: sed in neutro posuit Seruius super primum georgicorum cum ait: & est Virgilius hoc hemistichon unum de multis: unde etiam a multis hemistichium nuncupatur.

Henochus cum .i. latino & .ch. aspirato scribitur: dicitur a nostris auriga.

Heracleus cum .c. exili & .e. in penultima scribitur: nomen fuit nonnullorum imperatorum romanorum compositumque est ex ἥρα quod luno: & κλέος gloria: quasi lunonis sit gloria.

Hera cum .e. absque diphthongo & unico .r. scribitur: dicitur latine luno: quo uocabulo etiam antiquiores nostri usi sunt: ut Ennius in oratione Pyrrhi cum captiuos romanis reddidit: Ferro non auro tandem certem? utrinque: Vos ne uelit an me regnare hera: quidue ferat fors uirtute experiamur.

Heraclea cum .c. exili scribitur: & componitur ex hera quæ est luno & cleos gloria quo nomine plures urbes cognominatae fuerunt: nam una est in radicibus montis oetae in plano posita: quæ a faris flumine alluit: ut ostendit Lilius libro .v. de bello macedonico: alia fuit in propontico: quæ prius perinthus uocabatur: & ut quidam ferunt ab heracleo constantinopolitano imperatore heraclea cognominata fuit: in hac fuit amphitheatrum unum ex septem spectaculis orbis: alia fuit in ponto boeticorum colonia: alia in Italia in finibus campaniae.

Heraclides cum .c. exili & .i. latino scribitur: fuit heracleotes philosophus ex ponto & filius Euthyphonis: fuit uir diues: qui athenas proficiscens Speusippum primo audiuit: & licet etiam pythagoreorum fuerit auditor: Platonem tamen imitari studebat: molliori ueste utebatur. fuitque adeo tumens: ut attici non ponticum sed pompicum uocarent: fecit dialogos plures & tragœdias. Sunt qui asserant illum patriam a tyranno liberasse: eo .s. necato: ut testatur Demetrius Magnesianus: qui insuper addit draconem illum nutruisse: & cum iam moriturus esset iussisse cuidam ex necessariis: ut corpus occideret: draconem lectulo supponeret: ut putaret ad deos migrasse: quo facto efferentibus heraclidem ciuibus cumque laudibus persequentibus: draco clamore audito ex uestibus prociens multos perturbauit: postea manifesta sunt omnia. Ideo de illo Hippotus retulit. Fuere heraclides quattuordecim: primus hic ipse. Secundus conciuus huius: qui pyrrhicas nugas conscripsit. Tertius cumanus: qui persica quinque libris absoluit. Quartus cumanus orator qui artes rhetoricas scripsit. Quintus alexandrinus. Sextus itidem alexandrinus persicarum proprietatum scriptor. Septimus dialecticus Bazileites: qui contra Epicurum scripsit. Octauus medicus iecus. Nonus medicus carentius empericus. Decimus poeta qui præcepta conscripsit. Undecimus sculptor phocensis. Duodecimus argutus epigrammatum scriptor. Decimustertius magnesianus qui mithridatica scripsit. Quartusdecimus qui de astrologia libros composuit.

Heraclitus cum .c. & .t. exilibus atque .i. latino scribitur: fuit Ephesus philosophus Blisonis: siue ut alii dicunt heratonis filius. hic teste Laertio inter ceteros elato animo fuit: & omnes contemnens dicebat: Homerum dignum ut de certaminibus eiceret: colaphisque caderent: nec aliquem audisse ferunt: sed per se omnia didicisse de rebus publicis & de theologia disceruit: & librum illum in templo Dianæ reposuit obscure scriptum: ut soli docti intelligerent: ne si nullo tractaret fieret contemnibilis. noluit ad Darium Hystaspis filium & regem persarum accedere: qui eum benignissime per epistolam conuocabat: secessit deinde in montes & ibi olera comedens: decidit in morbum intercutis: quare in urbem rediens sciscitabat medicos per anigmata: an posset ex imbre siccitate saluare: illis non intelligentibus introiens in stabulum bouinum: & se fimo bubalino obruens: credens illo calore posse humorem exsiccare interiit: sexagesimum annum agens: fuitque teste hermippo sepultus in foro. Quinque fuerunt heracliti: primus hic: secundus poeta lyricus: tertius halicarnaseus uir elegans quartus lesbicus qui macedonum scripsit historiam: quintus ridiculus uir.

Hercules cum .c. exili & unico .l. scribitur: & interpretatur ἥρας .i. lunonis κλέος gloria: quasi illa persequente magnam gloriam sit consecutus: & dicitur a poetis omnibus Iouis ex Alcmena filius apud thyrinthiam urbem natus & educatus: & ut dixit Macrobius libro saturnalium: non existimes Alcmenæ apud thebas boeotias natum solum uel primum Herculem nuncupatum: imo post multos atque postremos ille hac appellatione dignatus est: honoratusque hoc nomine: quod multa fortitudine nomen dei premeruit. Varro etiam cum nominasset quadraginta tres Hercules adiecit postea quod omnes qui aliquid fortiter fecissent Hercules uelut appellati nomine dicti fuerunt. Sed huic qui Iouis filius dictus fuit: cuncta poetarum absque aliorum differentia tribuunt. itaque eius laudes & duos mille labores diuinae Virgilio .li. aeneidos .viii. profertur: Ut prima nouerca Monstra manu geminosque premens eliserit angues.

Vt bello egregias idem disiecerit urbes.

Troiaque oechaliaque: & subdit: Tu nubigenas inuicte bimembres.

Neleum pholeuque manu: tu cresia maestas:

Prodigia: & uastum nemeæ sub rupe leonem: & reliqua: quibus Martialis libro .iiii. epigrammatum alia superaddidit dicens.

Si cupis alcidæ cognoscere facta prioris.

Disce: lybin domuit: aurea poma tulit.

Peltam scythico discussit amafona dono.

- Aeripedem filius ceruam: stymphalidas undis .
 Abstulit: a stygia cum cane uenit aqua .
 Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram .
 Hesperias tusco lauit in amne boues .
- Hercynii** cum .c. exili sequente .y. græco atq; .i. latino in penultima scribitur: populi sunt teste Herodoto uetus pelagorum colonia .
- Hercynia** eodem modo scribi existimo: silua est teste Pomponio mella in Alemania maxima: quæ dierum .lx. iter occupans: ut maior aliis siluis quæ in germania sunt ita notior .
- Hermagoras** in initio aspiratur: Sane maiores nostri non in as sed in .a. finiebant: ut Cicero in rhetoricis & in Bruto Hermagora semp scripsit: quia teste Quintili. nõ temere masculina græca in .a. atq; in .s. littera exire recto casu patiebant: unde ab antiquoꝝ plerisq; Aenea & Anchisa scriptũ fuisse dixit: & Pelia, p pelias apd Celiũ legebat: & apud Messalã bene fecit Euthia. fuit itaq; hermagoras rhetor græcus: & teste Quintilião circa finem tertii libri de institutione oratoria: uir quidã subtilis: & in omnibus admirandus .
- Hermes** cum aspiratõe principii scribitur: dicit a nostris Mercurius: quia mercibꝝ præesse asserit: sed pprie interpretres tradidit. Virgi. li. æneidos. iiii. Nunc etiã interpretres diuuz Ioue missus: & ut Cotta pötifex apud Ciceronẽ de natura deoz ostendit: quinq; fuerunt Mercurii: quoz quattuor p ordinẽ enumeratis: quintũ cũ fuisse dixit: a quo sit Argus occisus: ob eãq; cãm in ægyptũ pfugisse tradidit: a quo apud eos primꝝ anni mēsis: hoc ẽ septēber nomẽ accepit. idem oppidũ condidit: quod etiã nunc græce hermopolis: hoc ẽ Mercurii ciuitas nuncupat: qui tam & si homo fuit antiquissimus: tamẽ & instructissimꝝ in oĩ genere doctrinæ: adeo ut ei multaz rez & artũ scientia Trimegisto: hoc est ter maxio cognomen imponeret: scripsitq; libros multos ad cognitionẽ diuinaz rez pertinentes: qui adhuc apud græcos extãt & quorũ magnã partẽ ego perlegi .
- Hermaphroditꝝ** cum .ph. aspirato .i. latino & .t. exili scribitur: fuit Mercurii filius ac Veneris: ex quoz nomibus compositũ ipse nomẽ habuit. nã hermes ut uidimꝝ est Mercu. & aphros spuma .i. Venꝝ: quæ ex marina spuma nata dicit: de quo Ouidius li. metamorpho. iiii. ait. Et pater & genitrix amboꝝ nomen habenti: quin omnem illius explicat fabulam: & iam pro eo qui utrunq; sexum habet accipi consuevit .
- Hermentia** cum .i. latino in penultima scribit: dicitur a nostris interpretatio: & inde perihermenias: hoc est de interpretatione liber quidã Aristotelis inscribitur .
- Hermione** cum aspiratione principii: & .i. latino scribitur: fuit Menelai filia ex Helena coniuge: quæ puellula adolefcentulo Horesti Agamēnonis filio desponsata fuit: s; cum Aegisthus regiã Agamēnomis occupasset & Electræ industria eius manus euasisset Horestes ut rettulit Sophocles in Electra concessit illam . Aegistꝝ Pyrrho filio Achillis: q; deinde ab Horestē iter fecit: ut ostēdit Virgi. in .iii. æneidos illã ad se reduxit .
- Hermus** cum aspiratione principii scribit: fluuius ẽ lydiæ teste Seruio: qui arenulas aureas ducit: dicente Virgilio libro georgicoz. ii. Atq; auro turbidus hermꝝ: & teste Herodoto li. i. apud sardis fluit: quæ ciuitas fuit in lydia: & Cræsi regia: ut in ea dictione uidebimus .
- Herne** cum aspiratione principii ab antiquis scriptũ cõperi: nec græcũ est: s; teste Seruio super septimũ æneidos fabinum uocabuluz: qui a græcis originẽ habuerũt: & indicat saxa: unde hernici montes .i. saxosi dicuntur. Virgi. uero ad maiorem expressionẽ inquit: hernica saxa colunt: quos diues anagnia pascit .
- Heros** cũ aspiratõe principii scribitur: & intelligit apud nos uir fortis & semideus: hoc est plus homine detinens: ut ait Hesiodus: ex quo herois patronymicum uoce & declinatione fœmininum deducitur. Ouidius li. ii. de sine titulo. Tu quia tam longa es ueteres heroidas æquas .
- Herodotus** cum aspiratione principii & .t. exili scribitur: fuit historicus græcus oibus præferendus: cuius historiã magna cum uoluptate semp legi. nã teste etiã Quintiliano est dulcis cãdidus: & fuisus: scripsitq; historiã suã teste Plinio li. xii. naturalis historia: anno urbis romæ trecentesimo .x. .
- Herosstratus** cũ aspiratione & reliq; sine aspiratione scribitur: & ualet interpretari heros exercitus: fuit uir sceleratus & ignauꝝ: qui ut nomẽ memoria sceleris ppagaret: incēdiũ nobilissimæ fabricæ tēpli ephesiæ Dianæ manu ppria struxit: sicut ipse cõfessus ẽ uoto adipiscēdæ famæ latioris: quo die Alexander magnꝝ natus est: post romã cõditam anno trecentesimo octogesimo qnto: ut annotauit Solinꝝ: qd postmodum ut idem refert ephesii ad cultũ augustiorẽ reformauerunt Democrate architecto: qui alexandriam in ægypto iussu Alexandri metatus fuerat: ut late de illo Vitruuius in pœmio libri secundi de architectura scripsit .
- Hersilla** cum .i. latino utrobisq; scribitur: fuit Sabina Romuli uxor .
- Heptamemeris** uel heptimemeris mutatione .a. in .i. latinũ cũ aspiratõe picipii: & .t. exili scribit: cæsura quãdã est cũ syllaba naturaliter correpta in uersu pducit: qd fieri solet in principio qrti pedis uel septimæ syllabæ: si tres spõdei præcedãt: quasi septima dicit diuisa pars: naz ab επτα quod ẽ septẽ: & αεπι ξω quod est diuido componitur .
- Heptaporus** cum aspiratione principii: & .t. exili scribitur: fluuius fuit troiæ: ut ostendit Homerus circa initũ libri .xii. iliados. nam componit ab επτα quod est septem & πορος meatus .
- Hesiodus** cum aspiratione principii: & .i. latino scribitur: fuit poeta antiquissimus diũ filius ex Pycimide uxo

re: qui cum zoles cumæi essent: & paupertate nimia eo in loco grauarent: relicta patria ad ascræz uicû boe-
ricorum cofugerunt: ut græci omnes Hesiodi expositores attestant: & subdit cû oues patris in pnafo monte
depafceret: raptus a musis ex lauro heliconis coronatus: & poeta ab illis constitutus est: qd' Oui. li. fastog. vi.
tetigit cû ait: Ecce deas uidi: non quas præceptor arandi. Viderat: ascræas cum fequeretur oues. & Virgili⁹
in bucolicis ad Gallum: Dixerit.

Hos tibi dant calamos: en accipe musæ

Ascræa quos ante seni: quibus ille solebat.

Cantâdo rigidas deducere môtib⁹ ornos: & ut dixit Plini⁹ lib. xiiii. naturalis historiæ prim⁹ ipse fuit: qui de
agricultura metricè scripsit: què secutus Virgi. ait li. georgicog. i. Ascræzq; cano romana p oppida carmè:
scripsitq; etiâ ex his: quæ habemus theogoniâ: & aspida. hunc fuisse tēporibus Homeri ostendit Gellius. ex
epigramate: quod apud heliconē in tripode musis Hesiodus ipse dicat: cui ut dixit Quintilia. datur pal-
ma in illo mediocri genere dicendi: quod intelligo apud græcos. nam iudicio meo supereminet Virgi.

Hesperus cum aspiratōe principii scribitur: stella est serotina: ut Virgil. in ultio bucolicog. & tetigit cum ait:
Venit hesperus ite capellæ: & illa eadē est dici⁹ uesper: idem libro. i. georgico. Quid uesper serus uehat: qn
& uesperugo ab aliquibus noiatur: ut Plautus: nec uesperugo nec uirgilæ occidunt: a quo deductum ē uo-
cabuluz uespera & uespillo p his: qui funeradis corpibus officiū gerunt: nam ut ait Festus: nō sic ab eo puo
uolatili dicunt: s; quia uespertino tēpore eos efferunt: qui funebri pōpa duci ppter inopiam nequeunt: ut
Martia. Qui fuerat medicus: nūc ē uespillo diaulus. simili mō & uespillio: qa uespere uolet. Rursus & illa
eadem excogitata stella a Pythagora primū fuit: quæ ante solem oriri conspicit: & quæ tunc quoq; Lucifer
noiatur: ut Virgi. in Damone. Nascere præq; diem ueniens age lucifer almū: qui græce φῶσ φῶσοσ dici⁹
a nobis etiâ nonnūquā iubar transfert: eo q; eius splendor in modū iubar leonis diffundat. fuit etiâ cogno-
minatus Hesper⁹ Atlantis frater: a quo quæ nunc hispania: tunc quoq; hesperia dicta fuit: qn & ab eodem
italiam hesperiam fuisse antiquitus nominatam graii auctores attestantur.

Hesperides cū aspiratione principii: & i. latino scribitur: fuerunt teste Seruio super. iiii. æneidos Virgilii Atlā-
tis filia. Laetantius uero grāmaticus sup. ii. thebaidos dixit illas filias fuisse hesperi fratris Atlantis: qd' etiâ
ipm nomē indicare uidet: hæc a poetis amoenissimū uiridariū custodire: cui in somni dracone dicebantur: in
quo aureæ erant arbores aurea mala tenentes: quæ teste Ouidio lib. metamorpho. iiii. quia Themis prædi-
xerat a quodam nato Iouis diripienda esse. Atlas pomariuz montib⁹ circūspit. Sed tandē Hercules ad illa
rapiēda ab Eurystheo missus: occiso dracone aurea mala tulit: dicente Lucano li. ix. ubi de hoc horto plura
locutus est.

Abstulit arboribus precium memoriq; laborem.

Alcides: passusq; inopes sine pondere ramos.

Rettulit argolico fulgētia poma tyranno. Sane de horto & dracone quid fidei ratio attulerit: teste Solino
hoc est flexuoso inquit meatu æstuariū ferte mari: adeo sinuosis laterib⁹ tortuosum: ut uiscētib⁹ procul la-
psum anguineos fracta uertigine mentiatur: & quod hortos appellauere circumdat: unde pomog; custodem
interpretantes struxerunt iter ad mendacium fabulandi: cum ut pergit insula sit: quæ præter arbores olea-
stris similes: & aram sacram Herculi nihil aliud præferat: quo ppaget uetustatis memoriaz. idem Plinius li.
naturalis historiæ. v. & Martianus libro. vi. rettulerunt. Alii uero putant ouium greges ibidem fuisse: quæ
purpuream lanam pducentes: ab Hercule raptæ fuerunt: & cu; μηλον græce latine ouis dicat: occasionez
fabulæ de malis aureis dedisse perhibent: dicente Ouidio in prænominato li. iiii. de Atlante.

Mille greges illi totidemq; armenta per herbas.

Errabant: & humum uicinia nulla premebat.

Arboreæ frondes auro radiante micantes.

Ex auro ramos ex auro poma tegebant.

Heteron cu; aspiratōe principii & e. absq; diphthōgo atq; t. exili scribitur: dici⁹ a nostris altez: atq; reliquū
& ut quidā putant deductū ē: cæterū ita ut aspiratio in. c. nostrū iuxta: similitudinē scripturæ conuersa sit: &
ob id cæterū ac cætera absq; diphthongo scribenda esse: cui⁹ contrariū consuetudo longa obseruauit.

Heteroclitū cum. c. & t. exilibus atq; i. latino scribitur: dici potest a nostris quasi alterne declinatum. nam ex
ἑτεροσ & κρολιτ declinatum componitur.

Heterogenus uel heterogeneus eodem modo scribitur: & componitur: dici potest alterius generis

Hetruria cū aspiratione principii & e. absq; diphthongo atq; t. exili & i. latino scribit: puncia ē italiæ: quæ
& si aliqb⁹ terminis apd antiquissimos designabat: ab hetruscis tamē & latinis altero termino designata fuit
dicente Liuiio libro primo ab urbe: pax inter hetruscos & latinos ita cōuenit: ut hetruscis latinisq; albula
quæ nunc tyberim uocant finis esset. hæc Liuius: unde Seruius super undecio æneidos id Virgilii exponens
Hetrusciq; duces equitumq; exercitus omnis ait: hetruria dicta q; eius fines ptenfi sunt usq; ad primam ri-
pam tyberis: & subdit: nam heteron est alterum: & oros finis uocatur: hæc ille. at constat heteron cum aspi-
ratione scribendum esse: sed ut ait Seruius: roma antea unam tm tyberis ripā tenebat: ut Iuuenalis. Imperii

fines tyberinum uirgo natauit: ut uidimus in dictione chloelia.

Hexameron cum aspiratione principii & i. latino scribitur: ut. f. more græco dictio ipsa resonat: licet ubi nos i. latino: græci. η. habeant quod in. e. nostrum conuerti consueuit: significatq; apud nos sex dierum: nam componitur ex ἑξ quod apud nos dicitur sex: & ἡμερών dierum: inter quas compositas dictiones a causa euphoniae interponitur.

Hexametrum similiter cum aspiratione & t. exili scribitur: nam componitur ab ἑξ quod est sex: & metron μέτρα: quasi sex pedum.

Hexagonium simili modo aspiratur & cum. i. latino scribitur: dicitur quasi sex angulorum.

Hyas cum. y. græco scribitur: fuit filius Atlantis ex Aethra: de quo in sequenti dictione uidebimus.

Hyades euz. y. græco scribitur: fuerunt quinque Atlantis filiae quas ex Aethra suscepit: fuit Oceani & Tethyos filia: & ante illas Hyam filium uirilis sexus: dicente Ouidio lib. fastorum quinto.

Nondum stabat atlas humeros oneratus olympo:

Cum satus est forma conspiciendus hyas:

Hunc stirps oceani maturis mensibus aethra.

Edidit & nymphas: sed prius ortus hyas.

Hic cum semel uenaretur a leana interfectus est: quem sorores adeo fleuerunt: ut omnes quinque occuberit: a quo hyades cognominati sunt: ut testis Musæus poeta græcus: quæ deinde miseratione deorum in caelum translatae in ore tauri collocatae fuerunt: dicente Ouidio li. fastorum. vi.

Postea lux hyades taurinae cornua frontis.

Euocat: & multa terra madescit aqua. Quare ab ὕω uerbo græco: quod latine est pluo: Cicero lib. ii. de natura deorum uersus referens arateos illas dictas putauit. has fuculas latine appellari dixit Seruius super primum aeneidos: unde Tullius Tyro. M. Ciceronis libertus in his libris: quos de usu & ratione linguae latinae scripsit: adeo inquit ueteres romani litteras græcas nesciuerunt: & rudes græcae linguae fuerunt: ut stellas in capite tauri sunt: propterea fuculas appellarint: quod eas græci ὕαδες uocant: tanquam id uerbum latinum græci uerbi interpretamentum sit: quia græci ὕεσ fuerunt latine dicant: sed ὕαδες iquit οὐκ ἀπὸ τῶν ὕω. i. nō a uerbis ita ut nostri opici putauerunt: sed ab eo quod est ὕειν appellant. nam cum oriuntur & occidunt: tempestates pluuias largosque imbroscient. Pluere autem græca lingua ὕειν dicitur. hæc ille. nonnulli uero eas corrupte hædos uocant. at septem aliae sorores dictae fuerunt pleiades: ut in ea dictione uidebimus.

Hiacynthus ab aliquibus & accuratissimis græcis sic scriptum comperi: uidelicet cum aspiratione principii & i. latino penultima cum. e. exili & y. græco: ultima cum. th. aspirato. Et qui huiusmodi scripturam confirmant: compositionem trahunt ex hia dictione dolentis: & cynthus qui est Apollo a cyntho monte dictus: hoc est Apollinis quærela: quæ de amato puero: quem ille disco agente borea interfecit: & in florem sic dictum conuersus fuit: in quæ simili modo Ajax cum seipsum interfecit conuersus scribitur a poetis: quod tetigisse uidebitur Oui. libro metamorphoseos. xiii. euz ait. Littera communis mediis pueroque uiroque. f. Hiacyntho & aiaci inscripta est foliis: hæc nois illa querela: hoc est nois Aiacis & quærela Apollinis: sed cum in eiusmodi foliis non pendat aspiratio ipsius. i. latini: sed solum sit. a. post. i. & i. post. a. sic uidelicet ἱεῖν uoluerunt quidam scribendum esse ut diximus: sed sine aspiratione principii quæ utique scripturam nonnulli ex accuratis græcis obseruantes compositione esse dicunt: exion quod est uiola: & cynthos Apolline quasi uiola sit Apollinis: in quæ amat puer conuersus est. at alii plures comperiunt: qui eius dictionis primam cum. y. græco aspirato signantes: penultima euz. e. exili & i. latino describunt. uidelicet hyacynthus: cuius sane compositione aut deriuatōe secundum eam scripturam non noui: & hæc hæc de illius orthographia. Sane ex illo hiacynthino deriuat: quod accentu datinet in penultima dictione regula quæ omnia desinentia in tinus: ita ut deriuata a primitiuis. t. litteram contrahat: producit penultimam ut uesperta uespertæ uespertinus. Costans constantis constantinus. clemens clemētis clemētinus & reliquæ: quod si. t. primitia ipsa non detinet: corripunt penultimam deriuatiua: ut cras crastinus: diu diutinus: sero ferotinus: clam claudinus mutatione. m. in. n. ob ipsius. d. litteræ consequentiam.

Hyana prima cum. y. græco: penultima cum. æ. diphthongo scribitur: ai est quadrupes: quod crescit in africa: ut ostendit Herodo. li. historiæ. iiii. de quo Plinius multa li. viii. naturalis historiæ rettulit: inter quæ scribit alteris annis masculum esse & foeminam: quod Ouidius li. metamorpho. xv. prius tetigerat: cum ait.

Si tamen est aliquid miræ nouitatis in istis.

Alternare uices: & quæ modo foemina tergo.

Passa mare: nunc esse mare miremur hyanā. Addidit Plinius illud sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare: nomenque alicuius ediscere: quem euocatum foris lacerat: & alia de illa complura.

Hyalus cum. y. græco & unico. l. scribitur: dicitur a nostris uirum: quo uocabulo usus Virgili. li. georgicorum iiii. ait. Milesia uellera nymphae Carpebant: hyali saturo fucata colore.

Hiarbas cum. i. latino scribitur. & a græcis semper aspiratum comperi. Nonnulli pœnicum uocabulum putant: fuit Iouis filius ex Garamantide nympha & getulorum rex: dicente Virgilio libro aeneidos. iiii. Hic ammono ne satus rapta garamantide nympha: & reliqua.

- H ybla** cum. y. græco scribitur: pars est atticæ regionis apibus & melle abundans: dicente Ouidio libro de pōto. O mihi dulcior illo melle: quod in caris attica ponit apis. nam dixerat prius Virgilius: Hiblæis apibus florem de pasta salicti. unde teste Plinio libro. xxi. naturalis historiae mellis attici i toto orbe summa laus existimat: est etiam hybla teste Seruio oppidum siciliæ: quod nunc dicitur mergara.
- H ybernus** cum. y. græco scribitur: & ab hyems certo deducitur: nec ab imber oriri potest: quia nec aspiraduz esset: nec cum. y. græco scribi posset: cuius oppositum semper comperimus.
- H ibex** cum. i. latino scribitur: dicitur a nostris capreolus proprie.
- H ibiscus** cum. i. latino utrobique & c. exili scribitur: herba est hibicibus grata ad edendum.
- H ybrida** prima cum. y. græco: penultima cum. i. latino scribitur: dicitur a nostris ignobiliter & contumeliose natus. unde ab ὑβρις quod est contumelia deriuatur: quo uocabulo utitur Valerius libro. viii. cū ait. Qu. autem Varrus propter obscurum ius ciuitatis hybrida cognominatus est. Horatius quoque eodem uocabulo usus est in primo sermonum: Hybrida quo pacto sit Perius ultus opinor.
- H icetaon** prima cum. i. latino aspirato: reliqua absque aspiratione atque diphthongo scribunt: fuit teste Homero li. iii. æneidos nobilis & egregius uir troianus.
- H ydaspes** cum. y. græco scribitur: fuit antiquissimus rex medorum: a quo fluuius mediæ nominatissimus cognominatus fuit: quin & alius indiæ.
- H idymeles** prima cum. i. latino sequens cum. y. græco scribitur: nomen est hominis proprium.
- H idragyron** prima cum. i. latino penultima cum. y. græco scribitur: dici potest a nostris sudor argenteus: nam componitur ex ἰδρωσ: quod est sudor: & ἀργύριον argentum. unde teste Plin. lib. xxxiii. naturalis historiae iniuicem argenti uiui dilatum fuit: de quo plura loquitur.
- H ydria** cum. y. græco & penultima cum. i. latino scribitur: dicitur a nostris urna: & ab ὑδωρ quod est aqua deducitur.
- H ydra** & **hydrus** cum. y. græco scribitur: serpentes sunt aquatiles: unde Hercules hydram occidisse dicitur: quæ lernæam arcadiæ paludem incolebat: & ut dixit Virgilius libro æneidos. vi. Quinquaginta atris immanibus hiatibus hydra Scæuior intus habet sedem: de qua Ouidius. lib. metamorphoseos. ix. plura profequitur illam primo claua inuasit Hercules: sed pestifero læsus afflatu: eandem sagittis aggressus est: quibus ut hydra læsa solitis latuisset cauernis lignorum congesta strue consumpta est.
- H ydropis** prima cum. y. græco: ultima uero & penultima cum. i. latino scribitur: & deriuatur ab ὑδωρ quæ est aqua. Nam infirmitas quædam est: quæ latine aqua intercus dicitur. Plautus in fibolaria: is mihi erat bilis aqua intercus tussis febris: & inde hydrops & hydropicus: qui eam infirmitatem patitur. Horatius in. ii. carminum: Crescit indulgens sibi dirus hydrops.
- H ydarnes** cum. y. græco scribitur: fuit nobilis persa: qui teste Herodoto cum Dario in maguz coniuuauit: ut i dictione Darius uidimus.
- H yems** cum. y. græco & m. ante. s. scribitur: & ab ὑω certe quod est pluo deductum fuit: unde aspirationem: & y. græcum suscipit. Priscianus uero ab imber: quod græce οὐβροσ dicitur deriuatus posse uideri asserit. Varro etiam ut omnia linguæ latinæ tribueret ab hiatu dixit.
- H yella** cum. y. græco & duplicato. l. scribitur: fuit teste Herodoto libro historiae primo cenotriæ urbs a phoenicibus condita.
- H ieros** cū. i. latino scribitur: & dicitur a nostris sacer: a quo omnia deriuata & cōposita simili modo scribuntur: ut Hierotheus: quod cum. th. in penultima scribitur: nomen est uiri proprium: quasi sacer de? Hieropolis nomen ciuitatis: quasi sacra ciuitas: & similia eodem modo.
- H ierarchia** cum. i. latino utrobique & ch. aspirato scribitur: dici potest latine sacer principatus. Nam componitur ex ἱερα quod est sacer: & ἀρχία principatus.
- H ierapicra** cum. i. latino utrobique & c. exili scribitur: dicitur ad uerbum sacra amara: nam πικρά amara dicitur: quasi ea amara compositio sacra esse dicatur: medicina quædam est.
- H iera** cū. i. latino scribitur: & sacra interpretatur: nam insula est inter siciliam & liparē Vulcano sacra: quæ dixit Plinius libro. ii. naturalis historiae tempore socialis belli cum ipso mari pluribus diebus arfisse: donec legatio senatus romani hoc ipsum piauerit: de qua habebimus in dictione prologus: ubi antrum Vulcani a Iuuenale positum explanabimus.
- H iero** cum. i. latino scribitur: fuit syracusarum tyrannus: in quo pulchritudine corporis & uires fuerunt admirabiles: fuitque in alloquio blandus: in negotio iustus: in imperio moderatus: adeo ut nihil nisi regnum ei deesse uideretur: quibus dotibus ut scripsit Iustinus li. xxiiii. creatur dux aduersus carthaginienses: mox creatur rex siciliæ consentiente fauore omnium ciuitatum: de quo plura ibidem leguntur.
- H ier** cum. i. latino scribitur: & interpretari ualet sacri populi: sunt teste Herodoto lib. historiarum. iiii. ultra sauromatas: budinosque & thyssagetæ calui & simi a natuitate omnes: hoc est masculi uel feminae: & pariter barba habentes: qui iō hieri. i. sacri dicunt: quia nihil iniuste agunt: nec bella norunt: ultra hos ut idem autor refert sunt argippeii monoculi: ut in ea dictione uidimus.
- H ierofolyma** prima cum. i. latino & penultima cum. y. græco scribitur: nomen est urbis in palæstina: de qua la-

- te in sacra scriptura habetur: sed alia nonnulla nos in dictione solymi uidebimus.
- H**ieronymus prima cum. i. latino & penultima cum. y. græco scribitur: nomen est uiri proprium.
- H**ilarus hilaris & hilario uerbum cum. i. latino & unico. l. scribuntur: & iucundum designant.
- H**ilarion uel hilarius cum. i. latino utrobique scribuntur: & nomen est uiri proprium.
- H**ylas cum. y. græco & unico. l. scribitur: fuit Thyodomantis filius pulchritudinis admirandæ: quem Hercules argonautis comes secum ad libidinem duxisse scribitur: idem cum mysia argonautæ uenissent: & aquatum ad lacum quendam pergeret: raptus a nymphis fuisse dicitur: alii uero putant cum ad hauriendas aquas cum urna inclinaretur: illum in lacum decidisse: quod Iuuenalis confirmasse uidetur: cum dixit: Et multum quæsitus hylas: urnamque secutus: & adeo ab Hercule quæsitus quod teste Virgilio in Sileno: Littus hyla hyla omne sonaret.
- H**ylæa prima cum. y. græco penultima cum æ diphthongo scribitur: ciuitas est scythiæ: ut scripsit Herodotus.
- H**ylacus cum. y. græco & c. exili scribitur: fuit pater cuiusdam Castoris dicente Homero libro. xiiii. *οδυσσεα καστορ ὑλαγιανσ*.
- H**yle cum. y. græco & unico. l. scribitur: dicitur a nostris materia.
- H**yllus cum. y. græco & duplicato. l. scribitur: fuit Hercules ex Deianira filius: de quo Seneca in Hercule cætheo plura scripsit. Ouidius uero libro metamorphoseos. ix. ostendit quemadmodum post patris mortem Iolen patris amasiæ iubente patre sibi matrimonio copulauit. nam ut ait illam imperiis thalamoque animoque receperat Hyllus impleatque uterum generoso femine: & reliqua.
- H**ymnus cum. y. græco & m. ante. n. scribitur: dici potest a nostris canticum uel laus.
- H**imeridion cum. i. latino ubique scribitur: dicitur ab aliquibus diurnale: ab aliis uero quod paruum diem durat. nam diminutiuum est *ὑμερσ*. i. diei.
- H**ymen cum. y. græco scribitur: dicitur latine membranum: sed ut græci nonnulli ferunt proprie. i. quo infans in utero circumuoluitur: unde nonnulli hymenæum dictum uolunt.
- H**ymenæus prima cum. y. græco & penultima cum æ diphthongo scribitur: fuit teste Martiano Capella Venus & Bacchi filius: dictusque nuptiarum deus cuius officium esse dixit psallere in nuptiis: cantare ad thalamus & coronare limina fertis. unde Ouidius heroicarum epistolarum sexta de illo inquit. Affuit & fertis tempora iunctus hymen: ubi per apocopen reliquum ablatum fuit: uerum & pro ipsis nuptiis seu connubiis posuisse uidetur Virgilius libro æneidos. iiii. cum ait. *Ledaam hermionem lacedæmoni osque hymenæos secutus: & li. vii. Turnique hymenæis.*
- H**ymæus cum. y. græco & duplici. e. scribitur: fuit uir persa ex ducibus Darii de quo plura loquitur Herodotus circa finem libri quinti suæ historiæ.
- H**ymelle uel hymella cum. y. græco & duplicato. l. scribitur: fluuii nomen est: de quo Herodotus libro. vi. & Virgilius libro. vii. meminerunt.
- H**ymetus cum. y. græco & t. exili scribitur: mons est teste Plinio libro. iiii. naturalis historiæ in attica regione: qui teste Solino omnium græcorum montium obtinet principatum & floribus semper uestitur: dicente Ouidio libro metamorphoseos. vii. *Vertice de summo semper florentis hymeti: ob quod dixit luuena. in satyra: Exemplo quodcumque malo: Ducique senex uicinus hymeto de sen. f. Socrate locutus: ex hoc eodem monte marmorum crustæ & trabes marmoreæ succubabantur: dicente Horatio contra meccenatem in odis: qui in ædificando sumptuosus nimium esse uidebatur.*
- Non ebur neque aureum.
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes hymetiæ.
Premunt columnas ultima recifas.
Aphrica: & in eadem oda.
Tu secunda marmora.
Locas sub ipsum funus & sepulchri.
Immemor struis domos: & in alia oda.
Fastidiosam defere copiam: &
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ.
Fumum & opes strepitusque romæ.
Sane teste Plinio. xxxvi. naturalis historiæ. L. Crassus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymetias.
- H**yperbole cum. y. græco & unico. l. scribitur: dici potest eminentia: uel ut ait Cicero ad Herenium superlatio: nam ex *ὑπερ* quod est super & *βολη* quod est iactus componitur: unde figura tuncque dicitur quando dictio excedens fidem ponitur augendi minuendique gratia: augendi quidem ut niue candidior: leonibus fortior minuendi uero ut folii uolantis sonitus terret uel ille tardior est testudie: uel etiam quocumque alio modo excederet: ut

J. Hyperbole

Virgilius teste Seruio in Daphnide: Nec ratiā certius ulla dolum meditantur: & inde hyperbolicus id est su-
perexcessiuus.

Hyperbaton cum .y. græco & .t. exili scribitur: dici potest transgressio. nam ab ὑπερβαίω descendit: quod est
transcendo: & est figura cum uerbum aut sententia ordine cōmutatur: cuius quinq; ponuntur species ana-
strophe: parenthesis: temesis: synthesis: & hysteron proteron: ut in suis dictionibus uidebimus.

Hypallage cum .y. græco & duplicato. l. scribitur: dici potest a nobis submutatio: nam componitur ex ὑπὸ
quod est sub: & ἀλλὰ ἢ mutatio: dicitur figura cum uerba per aduersum intelliguntur: ut Date classib;
æquor: Et sceleratā intorserat hastam. i. ipse sceleratus: & libro. x. Stigii per flumina fratris: pro stygia: & in
bucolico: Aduersa tuentibus hircis. i. oculis in hircos. i. oculorum angulos retortis: ut dixit Seruius.

Hypans prima cum .y. græco: ultima cum .i. latino scribitur: nec nisi unico .p. designatur: fluuius est teste Solino
scythicorū annium princeps: quem tertium post istrum esse Herodotus libro historiarum. iii. rettulit: ut i
dictione tyres uidebimus: & ut idem Herodotus pergit: est purus & haustu saluberrimus: donec calliopuz
terminis inferatur: ubi cum fons sit hamaxæpeus amara scaturigine infamis & illi ibidem cōmiscetur: ipm
simili amaritudine inficit: dicente Ouidio li. metamorpho. xv.

Quid non & scythicis hypans de montibus ortus.

Qui fuerat dulcis: salibus uitatur amaris.

Et teste Solino fuit Alexandri magni terminus: quem non excessit. sicut illius aræ in eius ripis positæ attestā
tur. De illo ait Propertius. Quantum hypans ueneto dissidet heridano. ut Virgilius libro georgico. iiii.
Saxosusq; sonans hypans: idem teste Plinio libro. xi. naturalis historię circa solstitium defert acinorūz effi-
gie tenues membranas: quibus erumpitur uolucris quadrupes nec ultra unum diem uiuit: ob quod hime-
ridion appellatur.

Hypacaris prima cum .y. græco: penultima cum .c. exili: & ultima cum .i. latino scribitur: fluuius est scythia: q
teste Herodoto li. histo. iiii. sextus ab istro memoria dignus habetur.

Hyperborei cum .y. græco scribitur: sunt scytharum montes: & populi supra ipm stellarum cardinem p̄tensi
quasi ultra boream constituti: ac Festus ex eo sic dictos putat. quia ibidem habitantes humanæ uitæ modūz
excedunt: uiuendo. s. ultra centesimum annum: hoc est ὑπερβόρευον. f. humani sæculi: de quibus
Herodotus plura dixit li. historiarum. iiii. & Plinius Solinusq; & Pomponius.

Hypermetra cum .y. græco & .t. exili scribitur: fuit filia Danaï: filii Beli. de qua uidimus in dictione belides.

Hypermeter cum .y. græco & .t. exili scribitur: qui & hypermetrus a nonnullis scribitur: est metrum una syl-
la superabundans: ut Virgilius libro aeneidos primo: lacemur doceas ignari hominūq; locorūq;. & libro
.iiii. Omnia mercurio similis uocēq; colorēq;. idem libro. vii. Profuit aptato conduntur tybridis alueo: &
ut ait Seruius super primum aeneidos quotiens fit hæc figura: debet sequens uersus a uocali incipere: ut in
omnibus illis fit: nisi forte synæresis fiat in fine: nam tunc quoq; necesse nō est: ut sequens uersus a uocali i-
cipiat: ut Virgi. hæc cura peculi: nam sequitur alius. Quāuis multa meis exiret uictima sepiis.

Hypenor cum .y. græco scribitur: fuit princeps quidam troianus: quem teste Homero lib. v. iliados Diomedes
in bello occidit.

Hyperiochus prima cum .y. græco: antepenultima cum .i. latino: & ultima cum .ch. aspirato scribitur: fuit uir
troianus ab Vlyxe interfectus: ut ostendit Homerus li. xi. iliados.

Hyperion prima cum .y. græco & penultima cum .i. latino scribitur: hunc græci teste Lactantio sup. iii. thebai-
dos dixerunt Titani & terræ fuisse filium. Solisq; & Lunæ ac Auroræ patrem. de eodem meminit Cicero in
pronosticis cum ait.

Ut cum luna means hyperionis officit orbi
Stringuntur radii cæca caligine tecti.

Hypotheca prima cum .y. græco: penultima cum .ch. aspirato: & ultima cum .z. e. exili scribitur: cuius cōpositionez
uidimus in ante habitis: & teste Vlpiano differt hypotheca a pignore: quia pprie pignus dicimus: quod ad
creditorem transit: hypothecam autem eū non transit possessio ad creditorem.

Hypocrisis cum .y. græco: penultima cum .c. exili & .i. latino: & ultima similiter cum .i. scribitur latino: dici po-
test a nostris dissimulatio. nam componitur ab ὑπὸ quod est sub & κρισις iudicium quasi sit iudicii sub-
tectio: cum aliud in re sit: aliud in iudicio hominum se ostendat: qui hypocrisi utitur.

Hypocrita prima cum .y. græco: penultima cum .c. exili & .i. latino: ultima cum .t. etiam exili scribitur: dici po-
test a nostris simulator. Et is proprie est qui in spectaculo personam subdit alienam: ut seruus plerunq; do-
mini & priuatus regis: Quo pacto & in hac uita sicut in orchestra complures sese uiuendo spectandos ex-
hibent: aliaq; in corde gestantes.

Hypopyrgium prima & antepenultima cum .y. græco scribitur: componiturq; ex hyppo quod est sub & pyr-
gos turris: quasi locus sub turri.

Hypostasis cum .y. græco & penultima cum .t. exili scribitur: dicitur a nostris subsistētia: ab hypo quod est sub:
& ὑστῆσι statio: quin & a theologis quibusdam persona traducitur.

- H**ypozeus cum .y. græco: penultima cum .z. consonante & eu diphthongo: ultima cum .i. latino scribitur: dici potest latine subconiunctio. Nam componitur ab hypo quod est sub & zeus coniunctio: & dicitur figura cum singulis sensibus propria assignatur clausula: ut Virgilius libro aeneidos. v. Regem adit: & regi memorat nomen genusque. Terentius in andria: eu astuta quod si quiescet nihil emali. Sed eccum ipsum Pamphilum uideo: occidi. utinam mihi esset aliquid hic quo nunc me praecipitem darem.
- H**yphen cum .y. græco & .ph. aspirato scribitur: dici potest a nobis subunio: nam componitur ex ὑπο quod est sub & ἐν cum aspiratione quod est unum: & tunc quoque adesse dicitur cum plures dictiones sub uno accentu leguntur: ut quando quidem simulac pro postquam.
- H**yperiphania prima cum .y. græco & reliquæ cum .i. latino scribuntur: dicitur a nostris superbia: & componitur ex hyper quod est super: & φαῖα apparentia uel splendor.
- H**ypperides cum .y. græco: penultima cum .i. latino scribitur: fuit teste Quintiliano in .x. orator dulcis & acutus temporibus Demosthenis.
- H**yphenor cum .y. græco sequente .pf. scribitur: fuit teste Homero li. v. iliados filius magnanimi Dolopionis: quod erat sacerdos Scamandri in tanto honore habitus ac si deus quidem esset: illius Eurypylos in bello troiano interemit.
- H**ippagines cum .i. latino utrobique & duplicato .p. scribitur: sunt teste Festo naues quibus equi uehuntur: eas græci ἵππο ἰπποῦ uocant: aliqui ex nostris & maxime Caesar actuaris nominauit: alii gerarias. ut Plautus in mercatore edificat nauem gerariam: & merces emit. Nonius uero Marcellus actuaris diffiniens inquit actuaris nauicula: celeres dicitur: quod cito agi possint. Salustius primo historiarum: ad hæc pauca piratica actuaria nauigia. Sisenna quibus occisis actuaris ad uiginti milia. i. cum plures onerarias incendunt.
- H**ipparchus cum .i. latino & duplicato .p. atque .ch. aspirato scribitur: fuit uir mathematicus in ea arte insignis.
- H**ippasus cum .i. latino & duplici .p. atque simplo .f. scribitur: fuit philosophus methapontinus & ipse pythagoreus: nec teste Demetrio opus aliquod scriptum reliquit: fuit & alter: qui laconum reipublicæ: & ipse laconum libris comprehendit.
- H**ipparchia cum .i. latino utrobique duplicato .p. & .ch. aspirato scribitur: potest latine exponi equorum principatus. Quo nomine uocata fuit soror Metrodis: quæ teste Laertio Cratem thebanum philosophum cynicum & illius uitam ac uerba summe amauit: nec potuit pro eorum opibus aut nobilitate uel alicuius forma auelli a Crati amore: ita ut diceret parentibus suffocaturam sese nisi Crati traderetur: quod obrem rogatur Crates a parentibus puellæ: ut illam ab hoc proposito remoueret: post multa quæ non profuerunt: exurgens Crates omni sua suppellectile ante illius oculos exposita: hic ait sponsus: hæc eius possessio est: ad hæc delibera: nec poteris esse nostri confors: nisi eadem attigeris studia: puella statim assumpto Cratis habitu secum philosophari uoluit: cum qua ille circumibat: & in aperto congredebatur: atque ad coenas proficisciebatur. Et cum semel iuissent ad Lyfimacham in conuiuio: & Theodorus dixisset: hæc illa est quæ textrinam & radios reliquit: respondit ad hæc puella: sum equidem Theodori: sed non tibi male de me ipsa statuisse uideo: si tepus quod in textrina consumptura eram: disciplinæ potius & philosophiæ impendi.
- H**ippo cum .i. latino & duplicato .p. scribitur: fuit teste Hesiodo in theogonia Oceani & Tethyos filia.
- H**ippodamus simili modo scribitur: & est nomen uiri proprium.
- H**ippodamia eodem modo scribitur: fuit Oenomai Helidis & pifæ regis filia formosissima: quæ cum a diuersis in coniugium peteretur: legem hanc pro eis illius pater indixit: ut qui illam matrimonio obtinere cuperet: cum ea certamen iniret: uictor capite truncaretur: uictor potiret illa: cuius legis causam posuit Diodorus siculus lib. historia. ii. dicens eum de filia oraculum sciscitasse quod sibi illa conueniret: ac responsum esse: tunc in fata illum concessurum cum filia hippodamia nupsisset: igitur filia nuptias ueritus decreuit: ut in perpetua asserua retur uirginitate: hoc pacto existimans uitæ periculum se uitaturum: itaque equorum cursum instituit: a pisa ad Neptuni aram quæ est apud Isthmum corinthi: cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietem Ioui sacrificabat: qui uirginem postulabat quattuor equorum ferebatur curru. Oenomaus cursu sequebatur precedente: au rigante Myrtillo: affecutum hasta quæ gestabat manu interficiebat: hoc pacto cum plures equorum uelocitate peremisset. Pelops Tantali filius: qui pifam accesserat: uiso hippodamia id concupiens conubiis corrupto Myrtillo regis auriga obtinere ualuit. nam illi promiserat si se uictorem faceret: primus hippodamiæ concubitum praestitutum: quare meditullum plumbeum Myrtillo curru hippodamiæ edificans cursu dissolutus Pelopem uictorem reddidit: dicente Seneca in Thyeste: uictor: falsis axibus pendent rotæ. & Virgi. lib. iii. georgi. de Pelope locutus ait: uictor equus: quæ ex re dolore actus Oenomaus existimans aduenisse responsum si tempus: mortem sibi conscium. Pelops uero sumpta uxore hippodamia illius regnum tenuit: sed cum ab illo Myrtillo pacta reposceret: in mare proiectus est & submersus: qui mari perpetuum nomen dedit: unde Sophocles in Electra εὐτε γὰρ ὄπρου τισθεῖσιν ἀύρτι λωσέκοι μάθη Sanc non solum Hippodamia: sed hippodame a nostris auctoribus dicitur. Virgi. in praefato lib. inquit: hippomeque: nam teste Seruio nomina graeca quæ in .e. exeunt plerumque ipsum in ia soluiunt: ut Hippodame: Hippodamia: Penelopia.
- H**ippodes eodem modo scribitur: & sunt populi scythici humana usque ad uestigium forma: sed in equinos pedes desinunt.

desinunt: quos ἵπποβατασ Herodotus li. historiag. iiii. uocauit: sed nostri hippodes dicunt.

Hippodromus eodem modo scribit: dici potest equorum cursus. nam ex ἵππων quod est equorum & ἄποσ cursus componitur: hoc est locus ubi currere spectante populo consueuerant: qui a nostris dicitur circus: ut in ea dictione uidimus.

Hippocrinus cum. i. latino utrobiq; & duplicato. p. atq; .c. exili scribitur: fons ē in boetia iuxta quā est aganippe. Dum Cadmus equestri exploratione inquirat: quā nam loca insedisset cām dedit poetis: ut diuulgarent hippocrinem ungula uolantis eq natum fuisse. nam hippi equi: crine. i. fons dicitur: & inde equus pegalus a fonte: qui græce πηγὴ dicitur est cognominatus: ut in dictione pegalus uidebimus: & similiter Aganippe modo consimili penitus nomen accepit. nam agan ualde indicat: & ἵππος equus: quasi ualde equus uel equita ut ambo poti fontes faciundiam præstare poetis dicti fuerint: unde Ouidius circa initium lib. v. fastorum inquit. Dicite quæ fontes aganippidos hippocrines Grata medusei signa tenetis equi.

Hippocoon cum. i. latino & duplicato. p. atq; .c. exili: & duplicato. o. scribitur: fuit teste Homero li. x. iliados patruelis Rhesi trachum regis: a Diomede & Vlyxe interfecti fuerunt.

Hippocrates cum. i. latino & duplicato. p. atq; .c. & .t. exilibus scribitur: habetq; accentum in antepenultima: ut uidebimus in dictione profodia: fuit Aesclepii filius in insula coo genitus: ut ex epistolis Democriti ad illum: & illius ad Democritum habetur. fuit Pythagoræ discipulus: & omnium medicorum princeps: & componitur ea dictione ex ἵππων quod est equi: & κρᾶτος robur: quasi equorum robur. hic medicina: longo tempore perditam reuocauit in lucem. nam ut scribit Plinius li. xix. naturalis historiæ nulla artium inconstantior fuit: & nunc etiā sæpe comitatur: cum sit fructuosior nulla. hæc primū inuentores suos cælo dicauit: & hodie multifariam ab oraculis petitur. hæc ille. Nāq; Apollo primus medicina: inuentor dicitur: Illo dicite ad uirginem Daphnem apud Ouidium libro metamorphoseos. i.

Inuentum medicina meum est: opiferq; per orbem.

Dicor & herbarum subiecta potentia nobis.

Sane Apollo ipse eodem Ouidio teste li. ii. eiusdem operis ex Coronide nymphe filia Phlegiæ regis thessaliæ Aesculapium genuit: & nutriendum Chironi piissimo centaurorum tradidit: a quo medicinā didicit: & ipse plurimum ampliavit. Qua de re dixerunt nonnulli Chironem herbariam medicina: primitus comperisse. Sed ut ait Plinius libro. xxv. naturalis historiæ centaureā herbam comperit: qua ut idem auctor ait: curatus dicitur a uulnere pedis contracto ex lapsu improviso sagittæ herculis e suis manibus illitæ ueneno hydrae. nam cum Chiron herculem excipisset hospitio: & eius arma contractaret: sagitta cadens e manibus illius leuum uulnerauit pedem: dicente Ouidio libro. v. fastorum.

Dūq; senex tractat squalentia tela uenenis.

Excidit: & leuo fixa sagitta pede: sed ut dixit ulterius Ouidius illum nunq; tali uulnere liberatū: & post nonnum diem miseratione deorum: ne amplius dolore cruciaret ad cælos tractū: unde ait: Ipse etiam lectas pegaseis collibus herbas.

Temperat & uana uulnera mulcet ope: & infra subdit.

Nona dies aderat cum tu iustissime chiron.

Bis septem stellis corpore cinctus eras. nāq; herculem etiam heracleon ab eo nomine cognominata: herbā comperisse. idem Plinius rettulit: & achillem & achilleam: sed Aesculapius cum alias plures: tum etiā panacem: quæ teste Plinio ipso nomine omnium morborum remedia pmittit: a qua filiam nuncupauit. nā τὸ πᾶν omne: & ἀκαταπαύτως importunitatem & molestiam dicit: quasi omnibus doloribus & molestiis subueniret. ueq; cum herbarum uiribus Aesculapius ipse hypolytus occisum in uita pristina reuocasset. iratus Iuppiter eū fulmine stygiis demersit in undas. sed ut ait Plinius libro. xxix. opera eius clara troianis temporibus uulnerum dūtaxat remediis fuere. Quod equidez dixisse: puto ob Machaonem & Polydarium filios: qui teste Homero libro. ii. iliados ob solertiam medicina: cum aliis græcorum ducibus ex creta ad expeditionem troianā conuocati fuere: ut in suis dictionibus ostendemus. Sed ut ait Plinius lib. xxv. primus omnium quos memoria nouit. Orpheus de herbis curiosius aliqua prodidit. post eum Musæus & Theiodorus polyion herbam admirati sunt. Homerus etiam alias nominatim herbas celebrat: ut moly: cuius inuentionē Mercurio assignat. Laudat etiam hos tres flores lotum: crochum & hiacynthum: ab Homero uero ut idem Plinius retulit Pythagoras clarus sapientia primus uolumen de effectu herbarum composuit: & in totum Apollini & Aesculapio diis immortalibus inuentionem & originem assignauit: composuit & Democritus per agratis iam perfidis arabia: athiopia: ægyptiq; magis: in quibus incredibilia dictu affirmavit: nā inter alia dixit Democritus: ut ait Plinius credidit Theophrastus esse herbom: cuius contactu illata a Pico exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Zanthus etiam libro historiarum. i. tradidit occisum draconis catulum reuocatum ad uitam a parente herba quā balyon nominat: eadēq; tilonem: quem draco occiderat: restitutum saluti. Iuba etiam in arabia reuocatum quadam herba ad uitam hominem tradidit: quæ ut dixit Plinius etia: si fide earent: admirationem tamen implent & cogunt confiteri multū esse quod uero super sit: & refert plaroseq; existimasse: nihil non herbarum ui effici posse: sed plurimarum uires esse incognitas. Sane Pythagoras &

Democritus tēpore Hippocratis fuisse: sed ut Plinius libro. xxix. mirum dictū sequentia a troianis temporib⁹
in nocte densissima latere usq; ad pelopónesiacū bellum: Tunc medicinā reuocauit in lucem Hippocrates
genitus in insula coo: quod bellum ut idem ostendit libro. xxx. eiusdem uoluminis: gestū est a tricentesimo
urbis nostrae anno: & cum romana urbs teste Solino in initio de memorabilibus mundi fuerit post troianum
bellum anno quadringētesimo trigēsimotertio: constat medicinā artem delituisse anelis septingentis trigē
tatibus. At Hippocrates ut idem Plinius proficit: eūz fuisse mos liberatos morbis scribere in templo eius
dei qui auxiliatus esset: ut postea similitudo proficeret: ex his scripturis excerptisse eam tradit: quaz sane ar
tem ut in epistolis ad Democritum ipse idem ostendit in nullo. prorsus quaestū fuisse certum est. Quare eūz ue
nientem ab illyricis pestilentia teste Pli. li. vii. praedixisset ipse Hippocrates: & discipulos ad auxiliandum p
urbes dimississet: ob id meritum honores illi: quos Herculi decreuit gracia. Post Hippocratem uero auxit
artem protideus sylvibriae natus & eius discipulus qui eam ad uectigal redigere cōcepit: horum placita: ut
Pli. xxix. lib. profequitur Chrysippus ingenti garrulitate mutauit: plurimūq; & ex Chrysippo discipulus
eius Herasistratus accepit Aristotelis filia genitus. Hic Antiocho rege sanato centum talentis donatus est: a
rege Ptolomaeo filio eius. idem Pli. praefato li. vii. rettulit magnam Critobolo famam aduenisse: qui parum
ante Herasistratum fuit: extracta Philippi Regis oculo sagitta: & circa deformitatem oris curata orbita
te luminis. Sed alia interim factio ab experimentis se cognominans: empericum cepit in scilia a Cronte
agrigentino Empedoclis & Chrysippi auctoritatem condēnante. de quibus in suis dictionibus uidebimus
post hos Herophilus oia haec condēnans ad muscos uenarum pedes pulsu discreto per aetatu gradus me
dicinā reduxit: scrutabaturq; morboꝝ causas & uini rationez instituerat: s; ut ait Pli. in praefato. xxx. li. de
serta deinde & haec secta est: quoniā necesse erat in ea litteraturam scire. Interz ut auctor est Cassius Emina
ex antiq; historicis prim⁹ qui romā e medicis uenit: fuit a pelopóneso Archagat⁹ Lyfanie filius. L. Aemilio
. M. Licinio consulibus anno urbis qngentesimo trigēsimocinto: eiq; ius quirinum datur & tabernā in cō
pito acilio emptā. hic primo uulnerari⁹ mox obsecandi urēdiq; sequeutiā carnifex appellat⁹ fuit: & cū alii ad
currerēt graeculi idēq; efficerēt: in tediū eū arte medicinā oēs deuenerūt. Quare a. M. Catone censorio me
dici cū sua medicina reprobati urbe & italia pulsi sunt: anno urbis sexcētesimoqnto: colq; nō artifices sani
ratis: s; hominū carnifices censuit: ut ex eius epistola ad. M. filiuꝝ intelligi pot: cui⁹ uerba sunt: Dicaz de istis
graecis sub loco. M. fili qd athenis habeā exquisitū: & qd bonū sit eorum: litteras inspicerē nō pdiscere uni
eā nequissimū & indocile genus eorū: & hoc pūtabā interdixisse. Quādoq; ista gēs suas litteras dabit: oia
corrūpet. Tū etiā magis si medicos suos huc mittet: iurauerūt iter se barbaros necare oēs medicina: sed hoc
ipm mercede faciunt: ut fides his sit & facile dispdant: nosq; didicit barbaros & spurcius nos q; alios apifi
cos appellatione sadabāt. hāc ipse Cato: ideoq; tradunt tēpluz Aesculapii etiā cū reciperet is deus extra ut
beni fecisse iterūq; in insula. Nāq; ut late narrauit Liuius circa finē libri. x. ab urbe. cū romana urbs triennio
peste laboraret: inspectis libris sybillinis decē fuerunt a senatu missi legati: qui ex epidauro deū Aesculapiū
in specie serpentis romam adduxerunt: cuius aduentu urbs statim a peste liberata est. unde ut latissime nar
rauit Ouidius li. metamorpho. xv. de Aesculapio locutus. *Et hanc in uentura mactat opes*
Sedesq; sibi circūspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circūfluus annis.
Insula nomen habet: laterumq; a patre duorum.
Porrigit aquales media tellure laertos:
Huc se delata pinu phabeus anguis
Contulit & finem specie caeleste resumpta.
Lūctibus iposuit: uenitq; salutaris urbi. Pulsi ergo ex Italia medici diu post Catonem excepti sunt. nā ut ait
Pli. praefato. xxx. li. solam hac artū graecaz mūdū exercet romana grauitas: & in tāto fructū paucissimi q
ritum attigere: & ipi statim ad graecos transfūgere: imo uero auctoritas aliter q; graece eam tractantibus: &
apud impitos expertesq; linguā nō ē: ac minus credunt quā ad salutem suā pertinent si intelligunt. Qua de
re in hac solā artū euenit: ut cuiūq; medicū se proficenti statiz credat: cū sit periculū in nullo mēdatio ma
ius: non tamē illud ituemur: adeo blāda est sperandi p se cuiq; dulcedo. Nulla praeterea lex quā puniat in
scitiā capitalez: nullū exemplum uindictae: discunt periculis nostris: & experimēta p mores agunt: medicōq;
tantū hominē occidisse summa ipunitas est. hāc ille: & li. xxv. ait: Minus hāc artē q; par erat nostri celebraue
re oīuz utilitatū & uirtutū rapacissimi. Primusq; & diu solus idem ille. M. Cato oīum bonarum artū magi
ster: paucis dūtaxat attigit boum etiā medicamina non omīssa. post eū unus illustriū tentauit. C. Eualgi⁹ eru
ditione spectatus iperfecto uolumine ad diuū Augustū inchoato praefatione religiosa: ut oibus malis hūa
nis illi⁹ potissimū principis semp medicet maiestas: ante hunc cōdiderat solus apud nōs: quod equidē inue
ni Pompeius Leoneus magni Pōpei libertus: quo primū tempore hāc scientiā ad nostros puenisse aiaduer
to. Nāq; Mithridates maximus sua aetate regum: quē debellauit Pōpeius ante oīuz ante se genitoꝝ diligen
tissimus uita fuisse argumentis potius q; fama itelligit. Vni ei excogitatū libere quottidie uenenū prazum
ptis remedijs: ut cōsuetudine ipsa innoxū fieret: primo inuēto genere antitoti: ex quib⁹ unū etiā nomē eius

retinet. Illum solum mortalium Mithridatē uigintiduabus linguis locutū certū est: nec subiectis gentib⁹ illum hominē per interpretē appellatū ab eo annis sex & quinquaginta: quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinā peculiariter curiosus & ab oib⁹ subiectis qui fuere pars magna terrarū lingua exquirens: scripiū cōmentationū hęc & exēplaria effectusq; in arcanis suis reliquit. Pompeius autē oī regia praeda potius transferre ea sermone nostro libertū suū Lenoēū grāmaticę artis doctū iussit. uitzq; ita profuit nō minus q̄ reipublicę uictoria illa ad Mithridatē etiam teste eodem Pli. in præfato libro Asclepiadis medendi arte clari uolumina cōposita extant: cui sollicitatus ex urbe roma præcepta pro se mitteret: hunc dixerat Pli. li. vii. eiusdem uoluminis fuisse prufiensē. & li. xxvi. dixit primum fuisse magistrū rhetoricę: & nec satis in ea arte quæstuosum: & ad alia sagacis ingenii: & ad medicinę artē se repente conuertisse atq; ut necesse erat homini: qui nec id ægisset: nec remedia nosset: meditata quotidie oratōe blandiens oīa abdicauit: & totā aliōz medicinā reuocando ad qnq; res redegit: uidelicet ad abstinentiam cibi: potus & ueneris: fricationē corporis & ambulatōez modestā. Quæ quisq; sibi met prestare posset. Quare uniuersūz ppe humanū genus circūægit in se non alio mō: q̄ si cælo emissus aduenisset. reparata etiam rōne qua unum ægris mederet dando etiam frigidam aquam: & ut auctor est. M. Varro alia quoq; blandimenta excogitauit iam suspendendo lectulos: quoq; iactura aut morbos extenuaret: aut somnos allicere. Concedebat etiā balnea auidissima hominū cupidine: qn alia multa dicta grata atq; iucunda magna auctoritate constituit. Nāq; & uomitiones supra modum arguebat: & medicamētōrū potus stomacho inimicos dixit. Is teste Apulegio li. iiii. floridori cū sese forte a rure suo reciperet. In pomeriis ciuitatis uidit circūspectūz funus ab ingenti numero: moxq; illud addiit ptractauitq; corpus hominis: & per quædā signa inuenit in illo uitā: cūq; clamaret: ut reportaret a rogo domū pars medico annuebant: & reliqui obsistebāt. tandem uelut ab inferis domum relatus est: moxq; recreauit spiritus: & animā in latibulis corporis delitescētez suis medicamentis uniuerso corpori restituit: q̄ obrez uelut deus fuit ab hominib⁹ honoratus: quod tetigit Pli. lib. vii. cum ait relatu e funere hominē conseruauit: & subdit Pli. sed maxime sponsione facta cui fortuna me medicus crederet. si unq; inualidus ullo mō fuisset. Sicq; uictor suprema in senecta lapsu scalarūz exanimatus est. Veniunt his tēporibus romam medici q̄ plures & uiri celebres: ut Cassius Calpitanus Aruncius Rubrius: inter quos Antonius musa fuit: qui contraria medicina a sectatoribus Themistōis qui discipulus fuerat Herophili diuum Augustū graui periculo exemerat: ob quod illi Augustus statuā ex ære iuxta signum Aesculapii locari mandauit cōlūitq; eū semper amicissime: ut testis est Suetonius in uita Augusti. Post hunc exort⁹ est Vecti⁹ ualens: qui teste Pli. li. xxix. adulterio Massalinę uxoris Claudii Cæsaris nobilitat⁹: pariterq; eloquētia assentator: potentiā nactus nouā instituit sectam. At Neronis principatu eadem uis ad Thessalum transfiliuit delentē cuncta placita: & rabie quadā in oēs æuimedicos perorantē. Idem teste Galieno li. i. de regimine sanitatis: & similiter li. i. de ingenio: librū ad Neronem scripsit: in quo cunctis medicis philosophis tā ueteribus q̄ modernis seipm effremata quadā temeritate præposuit: Hippocratēq; oīuz medicoz principem maxime supplantauit hunc Galienus ipse ignorantissimū fuisse ostendit: nec inter medicos: sed inter textrices sordide creuisse: cū eius pater lanę pectinator: & mater textrix fuerit. Interim ut eodem li. profecquit Pli. su peruenit massiliensis Critias: qui ad motus sydes ex Ephemeride mathematica cibos phibens: horas obseruans: auctoritate Thessalum præcessit: diuitiasq; reliquit innumeras. post quē repente ex eadem massilia urbem Charmis inuasit: & damnatis non solūz prioribus medicis ueg & balneis aqua frigida etiā hybernis algoribus lauari suasit quasi cōtraria necessario contrariis curarent: & ut ait Pli. meruit ægros in lac⁹ & uidebamus senes consulares usq; in ostentationē rigentes. Qua de re extat etiā Annei Senecę astipulatio: nec dubium est omnes istos famā nouitate aliqua aucupantes aias statim nostras negociari. hinc ille circa ægros miserę sententiārū concertatōes nullo idē cēfente ne uideat assertio alteri⁹. hinc illa infelicis monumēti ascriptio turba se medicoz perisse. Interim pdiere ex nostris & exteris auctores nōnulli celebriores: q̄ & herbarum naturas & pluriū rez qualitates suis libris annotauere. Ut ex nostris Macer ueronensis qui tēpore Augusti uolucrū qualitates: & herbarū naturas uersu expressit: de quo Ouidi. li. iiii. tristium inquit. Sæpe suas uolucres legit mihi gradior æuo. Quæq; necet serpens: quæ iuuat herba macer. Quæq; similiter rex arabum non solū herbarū: sed lapidū etiam species nomina colores: & quib⁹ in regionib⁹ ualeat cōperiri: magno uolumine ad Neronē principem scripsit. Eiusdem meminit Plini. lib. xxv. dicens Euax Dionysius & Metrodorus herbarū effigies pinxere: atq; subscribere effectus. Verū ut subdit pictura fallax est ex coloribus tā numerosis præsertim in emulatione naturæ multū degenerare transcribentiū forte uaria. Præterea non pagē est singulas earū ætates pingi cū quadripartitis uarietatib⁹ anai faciem mutent. hæc ille. Post hos fuit Dioscorides uir militaris: & i herbaria arte mirabilis: q̄ qnq; uoluminib⁹ uirtutes herbarū arborum lapidū aromātū aialiuq; accuratissima doctrina descripsit: imo ut de seipso testat. Quæcūq; inquit in his libris posui: non ex opinione aut fama cognoui: s; ex electione & expimēto didici. Vidi ego apud constantinopolim pulcherrimum eius auctoris codicē antiquissimis græcis litteris exaratum. In quo nō solum herbarum effigies: s; uolatiliūz quadrupedūz & reptiliū tanto artificio & ppietate depictæ erāt: q̄to

natura ipsa: utputo producere potuit. At Plinius de seipso loquitur nobis inquit certe exceptis ad modum paucis contigit reliquas: de quibus. s. tractat herbas contemplari scientia Antonii Castoris: cui summa auctoritas erat in ea arte nostro aetate uisendo hortulo eius: in quo plurimas alebat centesimum aetatis annum excedens: nullum corporis malum expertus: ac ne aetate quidem memoria aut uigore concussus: Sane temporibus Domiciani Traiani Hadrianiq; & Antonini pii nonnulli medici ex graecia ipsa urbes inuasunt: & Progenes primum uir astutus & callidus: qui astutia & arte graeca magis q; scientia medicinae famam & quae sibi queritabat: cui Archigenes alter graecus tempore & ipsius Domiciani successit: qui euz assentator esset & mulieribus q; facillimus: grande romae sibi comparuit quastum. contra cuius mores & inscitias Galienus in libris suis saepe inuexit. Galienus uero doctissimus: & ea aetate in medicina singularis romam principatu traiani deuenit: eratq; oriundus ex pergamo oppido asiae celeberrimo: sed romae temporibus Antonini pii floruit: ut idem de seipso diuersis in locis testatur. hic in ea arte omnes praeter Hippocratez supasse creditur: composuitq; libros multos & Hippocratis omnia scripta miro ingenio explanauit: & ut graecus quidam medicus mihi rettulit centum & quinquaginta uolumina in ea facultate edidit. Post illum uero Rasis quidam poenus fuit: qui lingua arabica ex omnibus ante se medicinae auctoribus uolumen collegit. Sed distinctius & scientius: post eum in eadem lingua Auicenna hispalensis effecit: qui cum reliquorum scripta uiderit: tum maxime Galienum secutus est: quem suo li. i. de infrigidandis medicor; principem appellauit. Post hos coeperunt Itali in ea facultate plurimum pollere: ut petrus de apono patavinus uir in omni aetate admirandus: tum in philosophia: tum in his quae ad medicinae theoricam spectant: diuersis conciliando opiniones sua doctrina clarissimus est habitus: unde & conciliatoris cognome adeptus est. Quin & ad problemata Aristotelis multa addidit: & illa ipsa subtili expositione declarauit. Hunc non longe post Thaddaeus florentinus secutus est: qui adeo obscura omnia Hippocratis & aliorum principum in medicina detexuit & explanauit ut alter Hippocrates suo tempore habitus fuerit: diuitiasq; cumulauit innumeras: nam a principibus Italiae conuocatus. laureos in mercedem diurnam pacisci consueuerat. ab Honorio uero summo pontifice semel uocatus: non prius accedere uoluit: q; centum aurei illi in diem statuerent: unde liberatus pontifex decem milia illi aurorum condonauit. Tandem octogenarius moritur bononiae circa annos domini mille ducentos septuaginta: Qua aetate etiam Accursi. florentinus legum glosator floruit. Thaddaeo uero successit similitur Trufianus florentinus: qui plusq; comentum super rethorice Galieni mira doctrina conscripsit. hic cum in practica artis medicinae ut multi serunt infortunatum se conspiceret religioni se totum dicauit: & chartu sinus effectus est monachus. Post hunc floruit Dinus de garbo florentinus similitur & Thaddaei discipulus qui patrem habuit Brimuz nomine & arte chirurgiae clarissimus: ut Thomas eius Dini filius in summa qua de arte medicinae scripsit attestat. Dinus uero adeo utilia in Auicennam scripsit comentaria: ut sine illis Auicennae doctrinam stare non posse a nonnullis creditum sit. Scripsit etiam in Galienum de malicia uariae complexionis: & in Hippocratem de natura foetus. Quin & in philosophia uarias & pulcherrimas disputauit: ac teteminauit quaestiones: hunc non inferiori ingenio nec fama secutus est eius filius Thomas: post quem floruit Christoforus de honestis patria bononiensis: fuit & Marsilius similitur patavinus: qui multarum rerum cognitione: & scriptorum subtilitate sua aetate praecelluit: quem Iacobus de foro liuia secutus & fama & ingenio superasse creditur. hunc Vgo senensis nostris temporibus secutus est. Qui diuinitate quadam ingenii: & peritia medendi omnes qui ante illum apud nostros floruerunt: excelluisse creditur. Cuius uita in elyta filius eius Sozinus philosophus similitur & medicus. eleganti stilo scripsit. Sed ut putamus ad Vgonem summum subtilitatis facultatis medicinae peruenit: quae iam declinare uideat. Et haec de Hippocrate: ac de successoribus eius quae nouimus breuiter dicta sufficiant.

Hippolytus cum. i. latino sequente duplicato. p. & penultima cum. y. graeco: ultima cum. t. exili scribitur: fuit filius Thesei atheniensium ducis ex Hippolyta Amazonum regina secundum Iustinum: uel antiopa secundum Senecam in Hippolyto natus: & componitur ab hippos: quod est equus & λύω qd est discerpo: seu dissoluo: eo qd ab equis discerptus fuit: ut uidebimus in dictioe phaedra. Nam ut ostendit Plato in eo libro qui de nomine Cratylus inscribitur: hoc ut alia q; plurima non uera fuerunt nomina: sed a poetis coeacta. Unde ab euentu fabulae nomen hoc inditum assumpsit.

Hippolyta eodem modo cum superiori scribitur: & fuit mater Hippolyti: quam Antiopam uero nomine dictam quidam uolunt: & ab euentu filii sic postea cognominata assertunt: de qua Virgilius libro. xi. aeneidos meminit cum ait: Bellantur Amazones armis: Seu circum Hippolytem: seu se cum martia curru. Pantelesia refert. Namq; ambae fuerunt Amazonum reginae: sed ab Hippolyta deuidta Hercules balteus abstulit.

Hippolochus in caeteris eodem modo: & in ultima cum. ch. aspirato scribitur: fuit teste Homero libro iliados vi. filius Bellerophontis: & Glauci pater. Alter teste eodem lib. xi. fuit Antimachi troiani filius: qui una cum Pisandro fratre ab Agamemone in troiano bello interfectus est.

Hippomanes eodem modo scribitur: est teste Seruio super. iii. georgicorum uirus defluens: ex equarum inguinibus: quo tempore feruntur in amoris furorem. Hesiodus uero dixit herbam esse: quam si comederet equi furorem paterentur: & dicitur ab ἵππων id est equorum uania furia: unde etiam a poetis ponitur p.

ea caruncula in fronte equi pulli nata: quam si quis matri praeberet nunquam deinceps pullum amaret. Et in quocumque significato neutrum est terminatum in es: nisi cum pro uiri nomine ponitur.

H ipocrateia prima cum .i. latino & unico .p. sequens cum .pf. & .i. latino: antepenultima cum .c. exili & penultima cum .t. similiter absque aspiratione scribitur: fuit uxor Mithridatis: quae summe uigilum suum dilexit.

H ypsipyle prima & penultima cum .y. graeco: antepenultima cum .pf. & .i. latino scribitur: fuit Thoantis Lemniadum regis filia: dicente Statio libro .v. thebaidos: ubi induxit narrare genus suum Adraсто argiuorum regi: Claro generata Thoante: Seruitium hypsipyle uestri fero capta Lycurgi. Et ut ipse Statio scripsit: cum Venus Vulcani coniunx: indicante sole .a. marito in Lemno insula cum Marte adulterari palatium comprehensa fuisset. Lemniades aliis cum sacra diis peragerent: Venerem ipsam adulterari sine honore liquerunt: quae illis irata hircinum fetorem omnibus immisit: ob quod a uiris suis spretaeque ad bella contra uicinos thraces illi existit: consilio statuerunt publico occidere omnes cum redirent. Quod cum fieret sola Hypsipyle patris Thoanti peperit: quem nauis expositum Bacchus pater ad eam insulam prospera navigatione perduxit. At Hypsipyle constructo rogo in propria regia: alterius suppositi funera pro patre: quem occidisse aiebat celebrauit. Inde uero paulo post transeuntibusque argonautis Iasonem: ab his foeminis hospitio ac lecto suscepti sunt. Et ab Hypsipyle Iasonem: qui cum ea iam duobus annis demorantes orantibus sociis pro discessu: & promisso reditu: ut testis est Ouidius in sexta epistolarum Heroidum grauidam illam reliquit: quae gemellos deinde peperit: Thoantem .s. & Euneum: quos alio alendos dimisit: ne secundum suas ipsarum leges in insula masculi nutrentur: hos nisi casu postea reuicere non ualuit. nam paulo post fama subit portum uentum translata thoantem Fraternali regnare coo. Ex quo Hypsipyle tamquam perfida a lenitatibus poscitur ad supplicium: quae cum fugeret a piratis in littore capta Lycurgo regi nemaeae dona data fuit. In cuius seruitio dum filium ipsius regis Opheltem ipsa nutrix aleret: & redeuntibus ab obsidione thebarum regibus argiuis: ac in nemaea silua siti pene pereuntibus: interrogata de aqua illos ad langiam fontem perduxit: & quoniam esset interrogaretur: & suos illa enarrasset casus filii qui cum Adraсто erant matrem esse dignoscere in ipsius profuerunt amplexus. Sed dum inter haec moratur infans: quem inter flores & herbas ludentem liquerat a serpente necatus est. Quod Lycurgus pueri pater sentiens: ira inflammatus eam inferias nato mittere accurrebat: sed a regibus & filiis auxilia implorans saluata est. Quae uero deinde illi contigerint: nec apud graecos nec apud latinos memini me legisse.

H ira cum .i. latino & unico .r. scribitur: fuit maritima urbs in agro propinqua pylo: sub Agamemnonis dominio ut ostendit Homerus libro .ix. iliados.

H yrcania prima cum .y. graeco sequens cum .c. exili: penultima cum .i. latino scribitur: Est in asia scytharum regio: ut. Qu. Curtius de gestis Alexandri: & Plinius libro .xvi. attestantur. Quod Seneca in thyeste confirmauit dicens: Quoniam ista regio est: an sub aeterna niue hyrcana tellus. Et Lucanus similiter libro .iiii. Tinxere sagittas: Errantes scythiae populi quos gurgite batros. Includit gelido uastisque hyrcania siluis: quae teste eodem Curtio pantheris & pardis abundat pluribus: sed maxime tigribus: Quod Lucanus etiam tetigit libro .i. in oratione Caesaris ad socios cum dixit.

Vtque ferae tigres nunquam posuere furorem.

Quas nemore hyrcano matrum dum lustra sequuntur.

Altus caeforum pauit cruor armentorum.

H yrgis prima cum .y. graeco: & ultima cum .i. latino scribitur: fluuius est scythiae: quia teste Herodoto libro .hi. storiarum .iiii. intrat in tanaim.

H yria prima cum .y. graeco: penultima cum .i. latino scribitur: fluuius est boetiae: de quo Homerus li. ii. iliados meminit: & facit gentile hyriates.

H yrmos cum .y. graeco scribitur: & dicitur quasi syrmos quod est tractus. Nam series est orationis uel constructio tenorem suum in multis uersus protendens: ut apud Virgilio .li. aeneidos .i. Est in secessu longo locus insula portum Efficit: & reliqua: ubi sit tractus usque in id Horrentisque atrum nemus imminet umbra. & libro .vi. Principio caelum ac terras camposque liquentes: Lucentisque globum lunae: titaniaque astra: Spiritus inter aliter Vnde teste Seruio hyrmos longissimum est hyperbatum.

H yrcades prima cum .y. graeco: antepenultima cum .ae. diphthongo scribitur: fuit teste Herodoto libro .hi. storiarum .i. uir mardus: qui primus ex Cyri exercitu muros sardiium ascendit.

H irpi cum .i. latino scribitur: uocabulum est fabinum: & ut puto a graeco corruptum. Cum a graecis etiam fabini originem duxerunt: significatque teste Seruio apud nos lupos: quare ab ἄρπιαξ quod est rapax forsitan deductum fuit. Nam ut idem Seruius super .xi. Virgilii refert: fuerunt populi habitates in monte Soracte: qui cum Diti patri aliquando sacrificarent: cum mons ipse manibus consecratus esset: & uenientes lupi exta rapuissent illos diu secuti sunt: quosque tandem ad quandam pestiferam speluncam aduenerunt: unde pestem contrahentes habuerunt responsum posse eam sedari si lupos imitarentur .i. rapto uiuerent. Quod postquam factum est dicti sunt populi hirpisorani .i. lupi Ditis: cum Pluto eorum lingua Soranus uocatus

esset: cuius rei memor Virgi. Aruncē ex eo loco ducentem originez lupo cōparauit li. xi. At uero Plinius lib. naturalis historię non populos fuisse hirpos dixit: sed per paucas phaliscorum familias: quę sacrificiuz annuum ad Soractis monte; Apollini celebrabant: id operantes: ut ait Solinus gestulationibus religiosis: & impune ardentibus lignorum struibz in honorem diuinę rei insultabant: flammis parentibus illis. Quibus ob deuotionis ministerium senatus perpetuo consulto omnium numerum uocationem dedit. Vnde Aruns apud Virgilium li. xi. Superos sic uoce precatur.

Sanguine deum sancti custos soractis Apollo:

Quem primi colimus: cui pineus ardor aceruo.

Pascitur: & medium fratri pietate per ignem.

Cultores multa premimus uestigia pruna.

Dat pater. & reliqua. Varro autem ubique teste Seruio religionis expugnator cum quoddam medicamentum describeret: ait ut solent hirpini. qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingunt: hæc ille. de his forte intellexit Virgi. li. aeneidos. vii. cum ait.

At mēsupus æquum domitor neptunia proles.

Quem neq; fas igni cuiq; nec sternere ferro: & subdit.

Hi fesceninas acies equoq; phaliscos

Hi soractus habent arces. & reliqua.

Hyrtaeus cum. y. græco & t. ac. c. exilibz scribitur: fuit uir troianus ex ida monte: qui filium habuit Nisum Aeneę comitem: a quo Virgilius patrōnymicum ducens ait: Cyrtacides comitum Aeneę quę miserat ida. habuitq; teste Homero li. xii. iliados alterum filium nomine Asium.

Hyrus cum. y. græco scribitur: nomen est uiri proprium: de quo Ouidius in remediis amoris: Cur nemo ē hęc catem: nulla est quę ceperit hyrum. Nempe q̄ alter egens altera pauper erat.

Hispon cum. i. latino scribitur: & est nomen uiri proprium.

Hispania cum. i. latino utrobiz scribitur: regio est Eruropę quę a montibus pyrenicis incipiens: ut dixit Apianus clarissimus historicus: & per columnas Herculis circuiens usq; in borealem oceanum protenditur: ita ut omnia in eo circuitu ad hispaniā spectent: cuius magnitudo ut ait multa est: & incredibilis in unica regione. Nam decem milibus stadiis latitudo commensuratur. longitudo uero prorsus eadem esse uidetur. Quam gentes quoq; diuersę & uariis nominibus cognominatę inhabitant: quin & fluuios plures nauigabiles continet: minoresq; alios diuersos & quāplurimos in illos defluentes. Terra quoque est scēlix: & optimarum rerum fertilis. hæc ille. ut ad uerbum ex illo traduximus: Nam sita est hæc regio inter aphricam & galliam a septentrione pyrenis montibus clausa: reliquis partibus undique mari conclusa. Interfluunt eam flumina magna bethys mineus iberus & tagus aurum trahens: ut in asia pactolus & hermus. habet prouincias sex taraconensem: carthaginensem: lusitaniam: gæletiam: & bethicam. hæc eadem prius iberia ab iberis ante cognominata fuit. Postea ab Hespero fratre Atlantis hesperia. Vlma ab hispali urbe hispania nuncupatur: cuius urbis acculas Cæsar grauiter increpuit. Quod Cneo: & sex filiis Pompeii magni fauerant. Sane eam dictionem aspirari antiquę inscriptiones ostendunt: sed duæ ab historicis cognominatę hispaniæ ceterior: quę est in septentrionali plaga: & a Pyreneo usq; ad carthaginem porrigitur. Vterior quę in meridie a celtiberis usq; ad gaditanum fretum extenditur.

Hyspeus cum. y. græco scribitur: fuit arcadię rex: quę nonnulli Cyrenes fuisse patres credunt. Virgi. uero eā fuisse Penē fluiui filiam in libro georgico. iiii. ostendit.

Hystaspes cum. y. græco & t. exili scribitur: fuit pater Darii persarum regis.

Hysteron cum. y. græco & t. exili scribitur: dicitur a nostris ultimū: & inde hysteron proteron figura nominatur: cum sententia ordine cōmutatur: ut postq̄ altos tetigit fluu. & ad æquora uenit. Nā prius ad æquora uenit q̄ tangeret fluu. Virgi. li. georgi. i. Area tum primuz ingenti est æquanda cylindro. Et uertenda manu. Nam primus manu uertitur: q̄ æquetur cylindro.

Hysterologia prima cū. y. græco. & sequēs cum. t. exili scribitur: dici potest a nostris sermo præposterus.

Histiaz cū. i. latino utrobiz: & a. diphthōgo i penultima scribitur: fuit teste Hero. li. histo. vi. mylesioge tyrannus.

Histia cōdē mō scribitur: ciuitas fuit in euboia: de q̄ meminit Home. li. iliados. ii. τὸ λυγρόν οὐκ ἔστιν ἄλκιον.

Historia p. i. latinū & t. exile scribitur: & ab ἱστορίαν: quę est spectare & cognoscere significat. unde & ἱστορία scēlente uocat: & ἱστορία est sciendū: s; primū a græcis aspirat. unde nos historiā cū aspiratione deduximus: reliq̄ non aspirant. Sane teste Gellio li. v. noctium atticę historiā ab annalib; quidā differre eo putant: q̄ cui; sit utrunq; rege gestę narratio: eage tamen pprie rerum sit historia: quib; reb; gerendis interfuerit is qui narrat. Annales uero esse cū res gestę pluriuz annoz obseruato cuiusq; anni ordine deinceps cōponunt. Quaz sane differentiā acceptasse Seruū in. i. aeneidos certum est. S; clarius ea differentiā cōcipitur ex libro Sempronii Afellionis primo ostendentis: q̄ inter annales & res gestas interfuit. Verum inter eos inquit qui annales relinquere uoluissent: & eos qui res gestas a romanis pscribere conati essent: omnium rez; hoc interfuit.

Annales libri tantummodo quod factum quoquo anno gestum sit demonstrabant. i. quasi qui per Darium scribunt
 quia graeci ἐπισημῶν Δα uocant. Nobis non satis esse uideo quid factum esset id pronunciaré: sed etiam quod con-
 silio quaque ratione gesta essent demonstrare: & paulo post idem Asellio in eodem libro. Nam neque alacriores ad re-
 pu. defendendam: neque segniores ad rem perperam faciendam annales libri commouere quicquam possunt.

Histopus cum. i. latino & t. absque aspiratione scribitur: genus est nauis: quam teste Gellio actuariam dicimus.

Hystrix prima cum. y. graeco: & ultima absque aspiratione: & i. latino scribitur: est aialis genus: quod teste Herodo-
 & Plinio libro. ix. naturalis historiae maxime in india aethiopia: & aethiopia crescit: ericio simile: spinis tergo hirsu-
 dum habens: quas tenens cute plerumque laxata uoluntaria iaculatione iacit: & assiduus aculeorum nimbus ca-
 nes uulnerat insequentes. Et sex hybernis mensibus latet.

Histrio cum. i. latino utrobique scribitur: & licet a graeca dictione descendat: quae minime aspiratur: aspirationem
 tamen apud nostros suscepit. Nam teste Festo huiusmodi scaenici a nobis histriones uocati sunt: quia primus
 qui hanc artem romae exercuit ab istria profectus est: sed certissimum est istriam nullo modo aspirari. At uero
 Livius & Valerius maximus non ab istria: sed ab etruscia illum uenisse dicunt: a quo eiusmodi nomen tra-
 ditum fuit: quare non graecum sed etruscum uocabulum est. Similiter Cornelius Tacitus ab etruscis histo-
 riones accitos dixit: & a tyriis equorum certamina. Quos laudatissimo primum usum fuisse habitos uidemus
 in dictione Aesopis. Nam hi quoque personati in scaena tragedias agebant: comediaeque uoce & corporis ge-
 stura. Unde ait Cicero: histro si paululum extra numerum: aut si uersus pronuntiatus est una syllaba breuior
 aut longior exibat exploditur. i. pulsatione manuum eiicitur.

Hysquianus prima cum. y. graeco sequente. u. scribitur: herba est medicinalis: quae a nostris dens caballinus uocatur.

Hodius cum. i. latino scribitur: fuit teste Homero libro. ix. iliados unus ex graecorum preconibus in bello troiano.

Hoethym cum. ce. diphthongo & th. aspirato sequente. y. graeco scribitur: populi sunt.

Hoetichius prima cum. ce. diphthongo sequens cum. t. exili & y. graeco: penultima cum. ch. aspirato & i. latino
 scribitur: fuit teste Homero. li. vii. iliados uir Achius longe optimus artis statuariae opifex: qui apud helen habitabat.

Holos cum unico. l. scribitur: & dicitur latine totus. Oulus uero sine aspiratione latinum est: & uenit ab oleo uel
 olo quod sine aspiratione scribitur.

Hololapsus similiter cum aspiratione & simplo. l. scribitur: dicitur a nobis totus flammis.

Holor cum aspiratione similiter & unico. l. scribitur: auis albae nomen est: quam quidam cynuz putant: & dicitur quae
 si holos. i. totus oreos albus: de quo Ouis in heroidibus: Sic ubi fata uocant udis abiectus in herbis. Ad ual-
 da maendri concinit albus holor: & Virgilius in bucolico: Argutos interstrepere anser holores.

Holocautus similiter cum unico. l. & c. & t. exilibus scribitur: ea sacrificia dicebantur: in quibus tota hostia com-
 burebatur. Unde componitur ex holon quod est totum & caustum combustum.

Holographum simili modo cum unico. l. scribitur: dici potest a nostris totum scriptum & capi consuevit pro-
 testamento testatoris manu penitus scripto.

Holosathron cum unico. l. & th. aspirato scribitur: dici potest undique quassatum. Nam componitur ex holon
 quod est totum: & σάρον quassatum: quo nomine Plinius libro. xx. naturalis historiae dixit genus quoddam
 petroselini cognominari.

Homerus cum aspiratione principii: & unico. m. scribitur: fuit omnium poetarum clarissimus: cuius matrem teste
 Herodo. in eius uita Erithis uocata fuit: pater uero quos fuerit ignorat. Aristo. lib. iii. de arte poetica: ut rettu-
 lit Plutarchus Daemonem quendam illi patrem fuisse dixit. Alii uero aliter senserunt: ut de genere patria & uita il-
 lius uariae sint sententiae: ut fati sit de eo tacere: quam aliquid affirmare. Nam si ab ephoro ut Plutarchus refert pa-
 triam queras cum aeuus dices. Si a Pyndaro omnium lyricorum principe: uidelicet tu smyrneum tuum chiium asseuerabit: si ab
 Antimacho & Nicandro colophoniu celebrat: Sin autem & ab Aristarcho & Dionysio thracio haud dubitabit
 atheniense dicere. Demum cum Simonides chiium Aristo. leceus fuisse scribat non desunt qui eum ex cypro salami-
 niu aut argiuum esse contendunt. Quae ita tempestate fuerit: tam uariae sententiae sunt: ut nesciamus quid afferre. Nam
 aliqui teste Plutarcho eum asserunt temporibus belli troiani natum fuisse. Alii uero post troianum bellum annis centum
 Nonnulli autem centum quinquaginta. Scripsit autem poeta hic clarissimus ut subdit Plutarchus poemata duo: ilia
 den. l. & odyssea. Quorum alterum bellum troianum: alterum Vlyxis uarios errores cecinit: Batracho myomachi
 am uero non sibi uideri Homero esse attribuendam. dixit idem Plutarchus quoniam & margitez Homeri itideus esse
 negauit: de huius uero nullam prorsus fecit mentionem. Alii uero & haec omnia Homero ascripserunt. hic ut
 Quintilianus quemadmodum ex Oceano ipse idem dixit Homerus animum fontium cursus initium cape-
 re omnibus eloquentiae partibus exemplum: & ortum dedit: hunc nemo in magnis rebus sublimitate: si par-
 uis proprietate superauit: idem laetus ac praesus iucundus & grauis tum copia cum breuitate mirabilis. Nec
 poetico modo sed oratoria uirtute eminentissimus. haec ille: & plura alia in laudes eiusdem poetae admiran-
 das persequitur libro. ix. de institutione oratoria: & ut egomet quod de illo sentio fatear. Nihil iucundius aut
 dulcius aut gratius legere possis. De quo dixit Ouis in li. ii. de sine titulo.

Aspice meonidem a quo ceu fonte perenni.

- Vatum pieris ora rigantur aquis.
- H**omelia cum aspiratione principii: & unico. l. atq. i. latino secundum ueraz orthographiā scribitur: indicatq. apud nos sermonem: & descendit ab ομι λω q. sermocinor.
- H**omœsis cum. ce. diphthongo in antepenultima scribitur: dicitur a nostris similitudo. Nam tropus est euz ex similitudine alicuius cogniti in similitudinem deuenimus incogniti. Cuius species sunt tres: icon: parabola & paradigma: de quibus in suis dictionibus uidebimus.
- H**omographia cum aspiratione principii & i. latino scribitur: dici potest æqualis scriptura uel pictura. naz cō ponitur ex ομou quod dicit pariter & γραφία scriptura uel pictura.
- H**omolus cum unico. l. scribitur. mons est thessaliae.
- H**omonymus penultima cum. y. græco scribitur: dicitur a nostris eiusdem nominis: quo etiam proprio nomi ne pater Apolloni Tyanci dictus fuit.
- H**omonyma cum. y. græco in penultima scribitur: dicuntur a nobis æqui uoca hoc est æque uocata quasi intelli gi uelit non eadem in re existentia.
- H**omonœa cum aspiratione principii & ce. diphthongo in penultima scribitur: fuit liberta Casaris phāphili ti & coniunx dulcissima Arimeti: ut in ea dictione uidebimus.
- H**omoptoton cum aspiratione principii & cætera sine aspiratione scribuntur: dici potest latine similia ca suum: uel ut ait Cicero in dignitatibus similiter cadens. Naz componitur ex ομωσ q. est similiter & πτω σι σ casus: & dicitur figura cū quis diuersas dictiones in similes casus eximit: ut apud Enniū merentes flentes la chrymantes: & miserantes. item neq. currentem neq. noscit euntem. Tollentemq. manus saxumq. in mane mouentem.
- H**omoteleuton cum. t. exili utrobique: & eu diphthongo in penultima scribitur: dicitur a Cicerone in dignita tibus similiter desinens. Nam componitur ex ομωσ quod est similiter & Τέλευτον finituz: & est figura cū plura uerba in eandem uocem terminatur: ut abiit abiecit euasit erupit. similiter malui eos reduci q. relin qui: teneri q. deferri. Et differt a superiori quoniam illa est solum nominum hæc aliarum dictionum. Hanc figuram uitans Virgilius in bucolico dixit: Cuius pecus: & non cuius pecus: ut testis est Seruius.
- H**anapis cum unico. p. & i. latino scribitur: fluuius est scythiæ: ut scripsit Herodotus li. historiā. iiii. de quo in dictione tiantus uidebimus.
- H**ora cum aspiratione a græcis tam pro tempore q. pro termino seu loco scribitur: nos uero ut differentiaz an notemus: cum pro loco & termino accipitur: absq. aspiratione scribimus: ut Qui primus ab oris: & ut puto hinc deducitur ora quæ similiter sine aspiratione scribitur: & significat funem: quo nauis ad terram ligat: ut apud Liuium in libro. xiiii. in ipis quoq. trepidatum nauibus: duz ne hostes cum suis simul irrumperent trahunt scalas: orasq. & anchoras: ne in moliendo mora esset præcidunt. Quintilianus i epistola ad tripho nem similiter ait: Permittamus uela uentis: & oram soluētibus bene precemur. Sane horæ ab Homero finguntur libro. v. iliados non minus physica q. poetica: cæli portas cōseruare: quin & ab hora omnia deriua ta aspirationem habent.
- H**oroscopos cum aspiratione principii: & c. exili: hoc est sine aspiratione scribitur: dicitur latine solariū. Naz uas quoddam seu instrumentum fuit: quo numerus horarum diei conspici ad solem consueuit: & compo nitur ex hora & σκοπός quod est consideratio siue prospectio. de quo Plinius libro. ii. naturalis historiæ inquit: uasa horoscopa non ubiq. eadem usui sunt: cum in trecentis stadiis: aut quingentis longissime mu tentur umbræ solis.
- H**orologium cum aspiratione principii similiter & i. latino scribitur: dicebatur similiter latine solariū: ut de heroscopo exposuimus: sed iam relicto latino nomine multū significantius eo nostro instrumēto concipit: in quo non tm ratio horarum ex solaribus radiis: sed etiā occultato sole sermo: ut ita dicam: horarum agno scitur. utrunq. enim logos significat rationem scilicet & sermonem. Nam non solum horaz oculis ostendit ac præscribit: sed etiam auribus procul & domi manentium nunciat campana: quæ super imposita est nu merum distinguente. Vnde quodammodo uitam habere uidetur: cum sponte sua cietur: & dies ac noctes pro homine opus facit: quo nihil neq. utilius neq. iucundius dici potest: nouum tamen inuentum est. simili ter & campana: sed non admirabile: utilitatis tamen tantæ ac iucunditatis: ut cum in rebus ciuilibus: tuz ue ro in sacris mirum pro fit atq. oblectet. Campanam dixi more usitato nonnulli nolam uocant: sed altez meo iudicio admirabilius inuentū habem⁹: & apud nauas quosq. pariter usitatū: pyxidē dico illam: quā prope dixerim uiuā ad lapidē fideritez qui magnes dicit: nauigationē ita iā moderant: ut cōmodius ne an acutius excogitatū sit dubitē. nā tabulam illam quæ socia hui⁹ est: ubi spacia maris atq. terraz describunt. neq. ita multū miror. ē enī longi laboris ac sedulæ diligentiz potius q. ingenii diuini: nec oīo ueterib⁹ nauis defu isse existimo: qd. si nouū genus uelificandi: quod latinum uocant ab amalphanis ut fertur excogitatur: nu per perpetuam gloriam illis imunitatez apud nos omnes oras peperit. Quid tandē laudis præmiq. debeat inuentoribus pyxidibus. Quāquā haud scio tantū ne tribuamus gloriæ nauigantibus: an credamus eos aliū

de accepisse: hoc est ab eodem ingentissimo hominum genere: qui horologia ista præclara excogitarunt. Siquidem horologiū illud ad eandem penè formam pyxidis: quæ magnete temperatur: eandem quoque ppe modum rationem continet: & ubi quattuor & uiginti in orbem radii: totidem uentos demōstrat: ita hie pari numero diei noctisq; horas sua in circulo puncta: hoc nonnulli quadrantem uocant: Quæ tria siue ab eodem siue a diuersis adiuncta sunt. Profecto nec Dædali qui ferram: asciaz: perpēdiculū: & alia quæ in dictione Dædalus uidimus. Nec Theodori famis qui normam: libella: tornum: clauem: nec ciclopum: qui fabri: cam ferream: nec Panos qui fistulam: nec Mercurii qui monaulion adinuenit: inuenta cum his de quibus diximus comparanda sunt: sicut econtrario. Non maioris ingenii fuit inuenisse arcum & sagittaz: cuius auctorem ferunt scytherem Iouis filium: ut testis est Plinius li. vii. naturalis historiae: nec alia plura ad hominū pncipiem: quorū singula ad suos referuntur auctores q̄ excogitasse: ad quod proxime accedit ad superiorū miraculum: & bombardam uocamus: cuius auctorem execremur: licet tamē si ignoremus dignū qui i morem Salmonei fulmine deflagrasset: quoniam nihil tam simile fulmini est luce: sonitu: odore. huius nomen a bombo quod est græcum: a nonnullis quoque latinorum usurpatū: & ab ardeo compositum est. Aliqui tormenta aenea magis dicere uolunt: habent & eius species sua nomina: nec quem scriptorem sequamur habemus: nec etiā scriptum habemus: quo nomine uocaret id in quo utriq; pes utriq; quiescit eius qui infidet equo. Nam ut marmoreis signis romæ conspeximus: non utebantur illis antiqui. Quid ferrū quo uelut soleis calciantur pedes equorum iumentorūq;: quid illud ex corio extrema in parte lanca: quod ferreum cornu ubi ad pectus lanca ipsa infesta reponitur. Quid magna pars armaturæ: sed hæc non repono inter acutæ inuenta: acutius est inuenisse ac multo utilius q̄ ratione frumentum quasi in pistrino ad decurrētis aquæ impetum moleretur: quod & si non admodum recens est: tamen nomine suo apud litteratos caret. Quidaz ueteres uocant pistrinum: uulgus uero molendinum: sicut ea quæ uento aguntur: sane molendinarium: & molendinariam comperimus: ut Paulus iuriconsultus de fundo instructo. Asinam inquit molendinariam: & molam negat Neratius instrumento fundi contineri. idem consultus de mæta molendinaria respōdit. Si rusticus eius fundi operariis moleretur eam quoque debere. Et subdit: est autem mæta inferior pars mola: cathyllus superior. hæc ille: rursus & illud quoque utilius qui acutius excogitatus est ex eo frutice: cuius nomē non legi. alii cottonem. alii bombycem ad similitudinem bombycis: qui sericū gignit appellant: conficere tria præcipue quæ non deerant quidem nobis: sed accessionem hanc adiectaz gauisi sumus: uestes: chartas: uela. Adeo nec uestibus: nec chartis: nec uelis ullis melioribus utimur. Multa sunt inuenta ad sensuū oblectationem. Partim eius generis cuius olim iam alia fuerant ut in musica q̄ equidem & admiratōe & laude dignū est: adhuc carēs apto noie organa uocant. Quædā itē minora aptiorib; appellata noib; monachordium cum. ch. aspiratione: & clauicymbalum cu. c. exili. & y. græco in antepenultima: & nonnulla alia his addamus. zuccara sic enim omnes uocant & plurima ex eis confecta: & pilam lusoriaz. Non dico qua prius etiā utebamur: cuius Pithi inuentum. Plinius li. vii. dixit: sed uento ut uulgus loquitur plenam: & si ueteres pueros lusisse folle accepimus: tamen & aliud fuisse illud: & hoc multo artificiosius esse non dubium est. Cuius inuentum ad marchionem ferariensem: qui proxime defunctus est referunt: in eadem quoque urbe rez sordidam sed utilem primum inuentam uolunt: e seuo candelam partim eiusmodi apud præcos nullum exemplū fuit domuisse aues ad uenandum. Nam de canibus qui coturnices attagenes falianos perdices anates: ceteraq; huiusmodi aues uenat minus affirmare auliz: q̄ de altilibus: quæ suapte natura sibi uenant nunc etiā nobis quæ diligentia aut exercitatio adeo increuit: ut in artem & quidem non paruam euaserit: scripti sunt multi & magni de struzeria: ita enim hanc artem nominant libri studium nobilium hominum ac diuitum: si cut pauperum ac tenuiorum. illud quod nec ipsum affirmem: olim in usu non fuisse: noctua ascione ulula aliisq; quibusdam uolucris captare alias uolucres: quod proprie aucupari dicitur. Nam alterum magis uenari est hoc insidiosum: illud uiolentum: hoc ex occulto: illud ex aperto: hoc blanda specie decipiēs: illud etiam anteq̄ noceat minans: ut sciamus uerum esse quod Aristoteles & alii quidam scripserunt pauperum proprium esse cum mali sunt dolo uti diuitum uī. ideoque alterum uulpeculæ: alterum leoni comperatur. Sunt etiam minora dictū alia nonnulla: ut pelles: bractea: argentea indutas fuco: tingere in aureum colorem: quas auripelles uocant: messanensium ut aiunt inuentum: qualia in singulis artibus sua fortasse recentia inuenta sunt: ut in aurificina Niellum: illud in artem nullam cadit fecisse duos orbes e tenui uitro chrystalloue aut berillo: p quæ infirmior uisus melius si credibile ē uideat: quæ ocularia nominat. Nec id prætermittam quod ab ingenii arguitia non abest hastam in modum tubæ æqualiter perforatam: p quam impulso spiritu cretaceas pilulas emittimus: quibus certissimo ictu auiculas occidimus: cuius nomen antiquum non est: quia nec res antiqua erat: purpuræ antiquis in usu fuerunt: Nobis ut mille sint facit: quæ rarissima: eis fuit copia serici: & alia sunt quæ his inserere possemus: nisi in longum traheretur oratio: quibus constat nos rebus nouis noua nomina accomodare posse: ut ueteres a quibus præcepta habemus & exempla sumimus factitarunt: Vnde ait Priscianus in. viii. Si enī auctoribus timidus obstiteret: ut nullis nouis uterentur dictionibus ipsa natura & significationem rerum exigente perpetuis latinis angustis dannata manisset.

Horatus cum aspiratione principii & t. exili atq; i. latino ab emendatissimis græcis scribitur: & secundum illos ab ὁράτω quod est pulcher derivatur. nonnulli uero ex nostris latinum esse: & latinam derivationem habere uolunt: & ab oro oras oratus deduci asserunt: quod si uere esset absque aspiratione scribi deberet: sed prior scriptura magis a doctissimis obseruata: fuit ergo poeta laudatissimus patria uenustus: dicente Iuuenale in prima satyra: Hæc ego non credam uenusta digna lucerna: fuitque natus patre libertino: ut ipse idem. xxiii. epistola attestatur dicens.

Me libertino natum patre: & in tenui re.

Maiores pennas nidos extendisse loqueris.

Vt quantum generi demas: uirtutibus addas: fuit statura breuis: ut in eadem epistola ipse idem subdit.

Corporis exigui præcanum solibus aptum.

Irasci celerem tamen ut placabilis essem. & xxvi. ostendit quemadmodum romæ litteris liberalibus eruditus fuerat: & deinde uberioris scientiæ gratia nasciscendæ thenas concesserit: & cum doctissimus euasisset familiaritatem. M. Bruti occisoris Cæsaris adeptus: factusque ab illo tribunus militum contra M. Antonium & Augustum sed uictus Bruto ex clade au fugit ipso dicente in odium. Tecum philippus & celerem fugam sensi recte non bene parmula. & ibidem: Sed me per hostes Mercurius celer denso pauente sustulit æere. cui deinde Augustus me cœnatis gratia indulgit: itaque liberatus ad poetica se conuertit: & præcipuus apud latinos uersus lyricos expressit: imitatur Archilochum alcaicum Sapphon & Pindarum poetas græcos: unde in. xxiii. epistola ait: Paruos ego primus iambos.

Ostendi latio numeros animosque secutus.

Archilochi: non res & agentia uerba lycambrem.

Temperat alcaicus: & reliqua: scripsit igitur odo: libros sermonum duos: institutiones poeticas: quæ poetria dicitur: & epistolas: & cum diuitias optimis studiis cumulasset: tandem romæ moriens Augustum rerum omnium futige hæredem instituit: obiitque. lxxiii. anno suæ ætatis. imperii uero Augusti anno. xxxv. fuitque maxima pompa sepultus in exquilis apud Meccenam.

Hormenus cum. e. absque diphthongo scribitur: fuit uir troianus interfectus a Polypete filio Perithoi: ut ostendit Homerus li. xii. iliados: & descendit ab ὄρμη quod est impetus.

Horotes cum aspiratione principii & t. exili scribitur: fuit ex lycia troianorum amicus: qui occiso apud troiam Pandaro lyciæ rege: qui troianis auxilia tulerat: ipsi Pandaro in militia successit. Sed capta troia discedens cum Aenea in siculo mari periit: ut ostendit Virgili. li. aeneidos. i. eadem litteratura fluius quidam syriæ describit: qui teste Pli. li. v. naturalis historiæ inter libanum & antilibanum montes iuxta heliopolim urbs exoritur. Et deinde anthiochia nominata epiphane diuidit. De quo meminit Iuuenalis in. iii. satyra cum ait. Iapridez syrus i tyberim defluxit horontes. Quo etiam nomine gener Artaxerxis persarum regis cognominatus fuit.

Horizon cum. i. latino sequente. z. consonante scribitur: dici potest latine finitio uel terminatio: & descendit ab ὁρίζω quod est finitio uel terminatio.

Horthes cum. th. aspirato scribitur: fuit teste Homero li. ii. iliados thessaliæ urbs.

Hortensius cum aspiratione principii & t. exili scribitur: latinum puto & ab hortor derivari. Nonnulli græcum existimant: & cum. th. aspirato scribunt: atque ab horthes urbe thessaliæ deductum putant: sed prior scriptura etiam apud doctissimos communior fuit. Hortensius teste Quintiliano libro. vi. de institutione oratoria: quæ doctus oratorum princeps romæ habitus: inde æmulus Ciceronis & nouissime quoad uixit secundus. De eodem dixit Varro lib. iii. rerum rusticarum. Et post eum Gellius li. nocturni atticorum primo. Qu. Hortensius fuit orator clarus: sed delicatior quam uirum deceat: & formæ non minus quam eloquentiæ studiosus. Nunquam speculo inconsulto processit in publicum in illo se comere: in illo se mirari: in illo uultum togamque componere consueuit. De quo plura idem persequuntur. Et Valerius maximus ac illi plures.

De aspiratione dictionum latinarum tam in medio dictionis quam in initio & in fine.

Is itaque de dictionibus græcis: quæ latine scribuntur: & initio dictionis aspirantur per ordinem habitus: decreui latinas quasdam: quæ maxime difficultate habere uidentur: hoc loco non præterire. Immo per ordinem eas annotare: quæ aliquo modo aspirationis nota in initio dictionum uel mediis syllabis ac etiam in fine designantur. Nam omnis aspirationis nota aut principalis est syllabarum: aut terminalis: aut media. Quæ quidem principalis est solis uocalibus præponitur: & duos retinet in dictionibus locos capitalem. scilicet & medium. Capitalem ut habeo: medium ut perhibeo: Quæ uero media est ut plurimum in dictionibus græcis scribitur: ut rhetor: rhaphanus Theophrastus & similes. in latinis etiam ut quidam uoluerunt omnia terminata in cher uel in ehra uel in chrum: & ante. c. habetia. L. ut pulcher pulchra chrum: sepulchrum fulchrum. Nonnulli uero solum pulcher chra chrum: & ab eo declinata aspirari uolunt. cetera sine aspiratione scribenda esse dicunt. Quæ autem terminalis aspiratio est in paucis iteriectis latinis inuenitur: ut uach ah oh: de quibus loco suo dicetur. Nunc de ea primam aspirationem tractabimus: quæ capitalem in dictionibus locum obtinet: & ab. a. incipientes hoc quoque annotandum duximus.

- ipsum. a. ante. f. g. k. l. o. p. q. & t. in latinis dictionibus recte aspirari non posse.
- H**a interiectio cum aspiratōe scribitur: ut ab. a. differat cum præpositio ē: uel litteræ nomē. Nā tūc quoq; aspiratōe caret: uelut aliis magis placet: quia cum interiectio est: affectū significat: & cum aspiratione profertur. Inuenitur nonnunquā interiectio ah post se aspirari: de qua postea pertractabimus.
- H**abeo habes cum aspiratione scribitur: ut ab abeo is differat quādo cū ab præpositōe cōponit: & dicit sine aspiratōe abeo is it: & dicim⁹ habui oratōez magis q̄ feci orōnez: s; feci orōnez frequētius q̄ habui dicimus.
- H**abito cum aspiratione scribitur: & ab habeo uenit: similiter habilis & habena. Nā cū aliquā dictionē aspirari dicim⁹ oēs ab ea descendentes aspirandas uolum⁹: Et cōstruūit habito melius cū accusatiuo q̄ ablatiui: ut Virgi. in Alexi: Atq; humiles habitare casus: Sane abūdo qd̄ in nōnullis locis aspiratū comperit: librario ruz uitiō tribuendū est. Nā ex ab præpositione cōponit: & undō undas: qd̄ deriuat ab eo q̄ est unda.
- H**ac p̄nomen siue aduerbiū aspirat: ut differat ab ac cōiundōe: quæ sine aspiratōe scribitur. Vege in articulis p̄noibus & aduerbiis monosyllabis inde deriuatis: non solū. a. sed cæteræ uocales aspirant: ut hic hæc hoc huc. Quoniam hic p̄nomen a quo cætera huiusmodi oriuntur teste Prisciano ab græco articulo hoc deriuatum est: quod apud illos aspirari minime dubitari p̄t: de quo in dictione eius uidebimus.
- H**actenus cū aspiratōe scribitur: & ex hoc aduerbio & tenus cōponit: s; in cōpositōe penultima ipsa corripit. Virgi. Hacten⁹ aruoz cultus & sydera cæli: & teste Festo hæc sine designat. ait enī quaten⁹ significat q̄ sine: sicut hactenus hæc sine: sed antiqui quatenos dicebant: & quando pro quando. quatinus uero quoniam: hæc ille: Sane pro horum uerborum declaratione: quia multi quatinus p̄ quatenus: & eōuerso scriptitare consueuerunt: exempla adducemus: inquit enim Iuuenalis in satyra Natali: Existunt qui promittunt hecatomben Quatinus hic non sunt: nec uanales elephantum: quatin⁹ scripsit per. i. hoc est sunt nulli qui promittunt diis sacrificiū centum bouum pro salute diuinitatis. Et subdit per antipophoraz: nec enī mactare & sacrificare de elephantis possent: non enim sunt in latio: & si sunt non ueduntur: & sic quatinus posuit pro quia: ut dixit Festus: At uero quatenus cum. e. pro qua sine ponitur: hoc est ad quantum siue ut exempluz sit: cupio scire q̄tenus amor in amicitia debeat intendi ac p̄gredi. i. ad quantum: ut scripsit Cicero in Lælio: quasi ut uelim dicere utrum habeat finem seu mætam uel limitem amor & amicitia. Similiter dicimus uerberaui filium meū quatenus sit bonus. i. ad hunc finem ut sit bonus. i. ad hoc q̄ sit bonus. Itaq; male dicitur. Iniunxit mihi dominus meus quatenus legam.
- H**æ quod est plurale huius pronois hæc aspiratur: & diphthonga: dum uero est præpositio minime: s; quod ab ea descendit sine aspiratione & cum duplicato. e. secūdo. f. diphthongato scribitur.
- H**ædus cum aspiratione & æ diphthongo scribitur: ut plene uidimus in dictione diphthongus ab illo tamen Isidorus aspirationem abstulit: sed præualet antiquorum usus: & M. Varronis sententia.
- H**æreo uerbum cum aspiratione & æ diphthongo: ut uidimus in dictione diphthongus scribitur.
- H**æres similiter aspiratur: & cum diphthongo scribitur. ut in dictione diphthongus uidimus a quo exhæredo penultima producta deducitur.
- H**alo uerbum primæ coniugationis cum aspiratione scribitur: ut ab alo differat coniugationis tertiæ: quod sine aspiratioue scribitur: & nutrire designat. At cum aspiratione halare spirare est: unde halitum spiritum dicimus. Iungiturq; cum ablatiui: ut Sertisq; recentibus halant. At exhalo cum accusatiui: ut Virgili. vii. æneidos: Sæuāq; exhalat opaca mephitim. Iuuenalis in satyra: Omnibus in terris Bellorum pompa animeq; exhalasset opimam.
- H**alitus cum aspiratione scribitur: & ab halo halas primæ coniugationis uerbo descendit.
- H**amus cum aspiratione scribitur: ut in datiuo uel ablatiui quod est hamo ab amo uerbo differat.
- H**ara cum stabulum significat porcorum cum aspiratione scribitur: ut ab ara deorum: quæ aspirationem nō habet differat. Significat etiam interdum hara aspiratum teste Seruio: in Donatum autem quandam auguralem: a quo nomine haruspex & hariolus asserit deriuata: eosq; falsitatis arguit: qui ab ara deorū hæc ipsa astruunt deriuari: cum in ara deorum principalis syllaba producta sit: in haruspex uero & hariolus sit breuis. Sane Donatus in phormione inquit. Hariolus quasi fariolus dicitur: aspiratione posita pro. f. littera.
- H**aruspex cum aspiratione scribitur: ut uidimus in præcedenti dictione.
- H**ariolus cum aspiratione similiter scribitur: ut in dictione hara notauimus.
- H**arena a uerbo hæreo teste Seruio deriuari uidetur: eo q̄ mixta calce parietibus hæreat: & ob hoc aspiratū est. Alii uero conuenientius ab areo uerbo deriuataz putantes sine aspiratione scribunt arena: similiter arūdo cum ab ariditate dicatur: nunquā recte aspiratur. Sunt qui uelint cum hastam arundo ipsa designat: ut per aspirationem ab arundine quæ cannam significat: discrepare faciant. Sane arundo mihi ubiq; nomē uidetur: quod cannam ex sua proprietate significat: hastam uero per quandam inter se similitudinem. Vnde nullo modo aspirandum puto.
- H**asta cum aspiratione principii scribitur: unde licet ab asto uerbo: quod sine aspiratione scribitur deriuari dicatur: tamen ad differentiam secundæ personæ eiusde; uerbi in imperatiui aspirationē assumpsisse uidet.
- H**aurio cum aspiratione scribitur: ut in secunda persona ab auris nomine discrepet quod non aspirat.

- H** aut uerbum salutatum antiqui nonnulli cum aspiratione scribebant: ut ab aue ablatiuo nominis auis dif-
ferret: & ab imperatio uerbi aueo: unde audus & auarus. Sed iam tenet consuetudo: ut sine aspiratione
scribatur.
- H** ebeo secundæ coniugationis uerbum aspiratur: ut ab ebeo ebeas coniugationis primæ differat. Unde ebiti
dicuntur qui felicitate aliqua ceciderunt.
- H** ei interiectio cum aspiratione scribitur: ut ab ei pronomine diflet: & quoniam affectum significat: cum au-
ctiore spiritu promendum est.
- H** eiulor aspiratur: quoniam ab hei interiectione descendit.
- H** em interiectio ob maiorem spiritum aspiratur.
- H** elluor aris teste Gellio li. ii. noctium atticarum cum aspiratione scribitur: nulla sane ratione nisi ut firmitas
& uigor uocis: quasi quibusdam nervis additis intenderet: & inde helluones gulosi dicti sunt.
- H** erus cum aspiratione scribitur: ut in datiuo & ablatiuo a uerbo futuri temporis ero differat.
- H** erba cum aspiratione & sine diphthongo scribitur: licet ut quidam uolunt a uerbo hæreo: quod cū diphthō
go scribitur: deriuari dicatur: quia non naturaliter diphthongum hæreo: sed ex quadam differentia accu-
pisse dicatur.
- H** eruga & herugo similiter aspirari: & a uerbo hæreo deducta dicuntur: quia tenaciter rebus quas occupat
hærent: licet sine diphthongo ob eandem causam quā in præcedenti dictione diximus scribantur.
- H** eri similiter aspirari: & ab eodem uerbo hæreo deduci dicuntur: quia hesternus dies hodierno sine alterius. s.
diei interpellatione coheret: & sine diphthongo scribitur.
- H** eritius siue herinatius cum aspiratione scribuntur: & ab eo quod fetis horreat dictum est.
- H** ernia cum aspiratione & absque diphthongo scribitur: dicitur teste Seruio lingua sabinorum saxum: sed magis
placet illorum expositio: qui dicunt herniam asperum una & durum indicare. Nam si saxum tantummodo
indicaret non dixisset Virgi. Hernica saxa colunt: sed tantummodo hernia uel hernica. Nam cum descendit
intestina ad pygam testiculorum efficiunt illam duram & asperam: ob quod postea hernia dicitur: luuenalis in
satyra Credo pudiciam. Quibus incendi iam frigidus æuo Laomedontiades & næstoris hernia possit. un-
de & populi illi qui in campania aspera saxa incolunt hernici sunt cognominati: ut anagnini cum. g. ante. n
in penultima Prisciano teste: ferentines: uerulani: alatrini: frusinonii: & his finitimi. Virgi. in. vii. aeneidos
Hernica saxa colunt quos diues magna pascit. i. aspera: uel ut alii uolunt a quodam sabino: illic habitante
ac regnante hernici dicti sunt. Macrobius uero dixit pelagum quendam nomine hernicū cōdidisse anagnia.
- H** erenius proprium uiri nomen cum aspiratione & absque diphthongo scribitur: licet ab hæreo deductum cre-
dat: quasi hæreat annis. sic enim ueteres quandoque filiis annos præfagientes nomina imponebant.
- H** esternus cum aspiratione scribitur: & ab heri descendit.
- H** eus aduerbium uocandi aspiratur: quia huiusmodi uocationes cum augmento spiritus efferi consueuerunt.
- H** eu interiectio dolentis uel aduerbium respondendi: quia ex dolore uel turbida responsione effertur cū as-
piratione: hoc est cum augmento spiritus profertur.
- H** ic siue pronome sit siue aduerbiū semper aspiratur: ad quorum differentiā signandā quidā ueterū ut in mar-
moribus compluribus legi solebat aduerbiū scribere diphthongo græca: uidelicet heic: idque ratione. Nam ad
uerbium semper producit: pronome nonnunquam corripit: ut apud Virgilius libro. iiii. Unus hic inflexit sen-
sus quin & pronome illud idem differentiam simile detinet: quia cum masculinū est primam producit: ut lu-
uenalis in satyra: Omnibus in terris Exitus ergo quis est o gloria uincit idem. Nam de Hānibale loquit. cū
uero neutrum semper illam corripit. datiuus autē siue ablatiuus pluralis facit eisdem & iisdem euz duplicato
i. uel iisdem cum unico utrunque bene scribitur: sed in scansione unico semper. i. utimur: sicut in Virgilio & An-
tonii dii & diis ii & iis: luena. in satyra: Omnibus in terris: Et quicquid græcia mendax Audet in historia
constratū cladibus iisdem Suppositūque rotis solidum mare credimus. Non tamen hic ponitur uersus eisdem:
quod tamen alibi posuit: ut in satyra: Credo pudiciam: Dat eisdem ferre cinædis.
- H** innio hinnis uerbum aspiratur: & cum duplicato. n. scribitur: quia cum augmento spiritus hinnitus ab egs
profertur.
- H** io hias uerbum & quæ ab eo tracta sunt: ut hiatus hiatio aspirant: eo quod hiando maior sit spiritus. Nam ab
oris sono cum aperitur os tractura uidetur. oratores tamen hiare pro eo sumunt: quod est aliquid sua spon-
te & extrema aliqua ui diffindi: ut tellus æstu: & lingua ariditate: aut nimio labore hiant.
- H** ir cum aspiratione scribitur: quoniam ab hæreo uerbo deriuatur & uolaz significat. nam ut aiunt physici in uo-
la porri magis sibi coherent quā in cæteris corporis partibus: unde hæ partes solidiores esse dicitur. Alii ue-
ro ideo ab hærendo hir dici putant quoniam palma ipsa rebus quibuslibet hæere soleant.
- H** irfutus aspirari: & ab horreo deriuari uolunt: ut quasi horrens fetis dicatur.
- H** irtus simili modo: & per syncopam idem est: quod complete hirsutus dicitur.
- H** ircus cum aspiratione principii scribitur: & ab hirsuto deducitur: unde teste Festo hircipuli dicuntur homi-
nes duorum pilorum. Quidam existimant hircos dictos ab oculorum angulis: quos antiqui hircos uoca-
bant: ad quos

- bant: ad quos frequenter libidiosa illa aialia luminum aciem in actu lasciuia contorquere consueuerunt unde teste Festo hircuitali pueri primum ad uirilitatem accedentes: a libidine. s. hircorum dicunt: At Terentius: Varro ut in dictione diphthongus comemorauim⁹ dicit hircum a sabinis acceptum per comutatione .f. in. h. aspirationem.
- H**irquis cum aspiratione principii & q. sequente unico. u. scribitur: oculorum dicitur angulus & oculis nonum qua capis: ut Virgi. in bucoli. Transuersa tuentibus hircis.
- H**irudo cum aspiratione scribitur: & ab harendo carni dicta uidetur. nam sanguifuga dicitur. Horatius in istitutis poeticis. Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.
- H**irudo cu. n. ante. d. similiter i principio aspirat: auis est: quae ex terra pulchro artificio nidu tignis suspedit: & graece $\chi\epsilon\lambda\iota\alpha\omega\mu$ dicitur: de qua bene Oui. Sub trabibus cunas tecta q. parua facit.
- H**ispidus cum aspiratione scribitur: & ab horreo quidam deriuari putant: quasi horrens setis.
- H**i pluralis nominatiuus ab eo q. est hic aspirationis notam traxit: per qua sane differt ab. i. uerbo: & per unicum. i. scribitur: sicut & uerbum. si uero sine aspiratione scribitur. ipsuz quoq. i. duplicatur: & dicitur ii: uenitq. ab illo pronomine is ea id.
- H**iuicus aspiratur: & ab hio uerbo deducitur.
- H**isco similiter aspiratur: quia frequentatiuu est ab hio tractum. Sane facere deberet hiasco: sed hiatus causa abiicitur. a. Et ut ostendunt oratores hifcere est quidem oris: & tm humani: accipiturq. p. eo q. est loqui aut os aperire ad loquendum: sed fere per negationem: ut coram illo non auderes hifcere: uel quid nunc habes quod hifcere audeas. Ouidius tamen poetice dixit: Hifcere nempe tibi terra neganda foret: cum id quoq. oratores soleant poti⁹ dicere dehifcere. i. deorsum pessumq. aperiri. Quin & Virgi. in. i. His unda dehifces
- H**odie & hodiernus aspiratur: eo q. ab hoc & die composita dicuntur.
- H**omo aspiratur: & ut omnes ferunt ab humo descendit: quod Quintilianus deridere uidetur: cum ait libro primo de institutione oratoria: Etiam ne hominem appellari quia sit humo natus: quasi uero non omnibus animalibus eadem origo: aut illi primi mortales ante nomen imposuerunt terrae q. sibi.
- H**onor & alter eius nominatiuus honos cum aspiratione scribuntur: & ut multi putant differentiae causa: ut ab onos qui est asinus differat. cur uero duplex sit terminatio nominatiui Seruius dixit: qui tuc honos dici cum scilicet affirmat: cuius opus est ultimam longam habere in uersu: cum. r. uero quando breuem.
- H**ortor aspiratur: ne ab orior frequentatiuum esse credatur.
- H**orreor aspiratur: ut aspirationis horror cum eiusdem uerbi significatione concordet.
- H**ordeum cum aspiratione scribendum perhibet: eo q. horrere trahi uolunt. alii uero no aspirat: & ab oriendi celeritate deduci putant. sed magis ex testimonio Quintiliani aspirari placet: qui ait in primo de institutione oratoria: sordium apud uetustiores cosueuisse per. f. loco aspirationis scribi: ut similiter sardus pro haredus: & alia nonnulla de quibus supra uidimus.
- H**orreum cum aspiratione scribitur: & teste Varrone ab hordeo deriuatur. hoc teste Festo antiqui farreum a farre dicebant.
- H**ortus horti: quauis ab orior ueniat pleriq. aspiranduz putant: ut ab huius ortus huic ortui: & ab ortus orta ortum participio differat. is dicitur in quo olera & arbores oriuntur. unde olus unaquaq. herba satiuu dicitur: qua uelcitur: & cuius foliis & caule in edulium utimur. Verum horti in plurali tantum non oleru sunt: sed arboribus confiti uoluptatis amoenitatisq. causa parati: ut horti Salustiani: Pompeiani: Luculliani Claudiani: de quibus Plinius in. xviii. naturalis historiae inquit: In. xii. tabulis legum nostraruz nulq. nominatur uilla: sed semper in ea significatione hortus. Et pergit: Primus hoc instituit athenis Epicurus hortorum magister. Fueruntq. (ut idem auctor ait) teste Plauto sub Veneris tutela. At Virgilius Priapo hortorum curam dedisse uidetur: cum ad illum in bucolicis ait: Custos es pauperis horti. & in quarto georgicorum: ubi de hortis loquitur: inquit. Et custos furum atq. auium cum falce saligna Hellepontiaci seruet tutela priapi. de quo pulchre Horatius meminit in primo sermonu ipsum Priapu sic loquentem introducens.
- Olim trunus eram scilunus inutile lignum.
- Cum faber incertus scamnum faceret ne priapum.
- Maluit esse deum. deus inde ego furum auiumq.
- Maxima formido. nam fures dextra coereet:
- Obscenoq. ruber porrectus ab inguine palus:
- Ast importunas uolucres in uertice arundo
- Terret fixa: uetatq. nouis confidere in hortis.
- H**ostio is hostit quarta coniugatois uerbum: qd. aequo aequas significat aspirat: ut p. id a datiuo & ablatio eius nominis qd. est ostium differat: quod testimonio plurium gramaticorum aspirari non debet: eo q. ab ostio obstas non aspirato deriuetur. Item nec ospes: quia a nomine quod est ostium deducitur. Sed ut puto tenet consuetudo: quae & hostium & hospes aspirant. Sed hostio uerbum ideo sumptu est: quia in hostiu consuetu

- quædam fieri consuevit ordinum adequatio.
- H**ostis licet ab obſto obſtas non aspirato deduci uelint: cum aspiratione tamen ſcribendum differentie cauſa dicunt: ne in genitiuo plurali cum nomine prædicto. ſ. oſtium conueniret: & teſte Feſto apud antiquos peregrinus dicebatur: qui nunc hoſtis perduellio.
- H**oſtia declinationis primæ ab nomine hoſtis deduci perhibent: quia teſte Feſto laribus imolabant: quod ab illis hoſtes arceri putabant. Sed alio loco ait Feſtus hoſtia dicta ab eo quod eſt hoſtire. i. ferire.
- H**oſtimentum ſimiliter aſpiratur: & teſte Feſto eſt beneficii compensatio.
- H**oſticapax. i. hoſtium captor: & aſpiratur eodem modo.
- H**uc aſpiratur: quia ab hoc deriuatur.
- H**umus cum aspiratione ſcribitur.
- H**umare ſimiliter aſpiratur: & dicitur quaſi humo tegere.
- H**umor aſpiratur (& ut ferunt) ab humo dicitur.
- H**umero eodem modo ſcribitur: & ſignificat humorem teneo: unde humefco.
- H**umilis aſpiratur: quia ab humo dicitur: hoc eſt humi decliuis.
- H**umerus aſpiratur: quia (ut perhibent) ab humo descendit: eo quod humeri inſtar humi ſufferendis oneribus ſint apti.
- H**udus aſpirari quidam uolunt: & per ſyncopam ab humido deduci. alii uero ſine aspiratione ſcribendum uolunt: & per abiectionem primæ litteræ a ſudore deducunt: unde & uuidus & uliginofus.
- H**ululo cum aspiratione & ſimplo. i. utrobique nonnulli ſcribi uolunt: & hoc ob ſpiritus uehementiam: uel quia ab huius interiectione deriuari putant.
- H**umanus cum aspiratione ſcribitur: & iuxta litteram ab humo: ſecundum ſenſum uero ab homo deriuari uidentur. Vnde etiam humanitas quæ teſte Petronio grammatico proprie eſt eruditio inſtitutioque: quæ in bonas artes didicimus: quas qui ſinceriter (ut ait) cupiunt appetunt: hi ſunt maxime humaniſſimi. Et quoniaſ diſciplina hæc ex uniuerſis animantibus ſoli homini eſt conceſſa: humanitas maxime appellatur.
- De aſpiratis in medio dictionis.
- Idem ut putamus ſufficienter de his dictionibus: quæ apud latinos in initio aſpirantur: Reſtat iam ut iam de his: quæ in medio aſpirationem retinent pertractemus.
- Aha interiectione eſt: & in medio duarum uocalium aſpiratione detinet. Nam ut aiunt grammatici ipſe affectus quo interiectiones promunt: cogit eas interdum præaſpirari: ut cum dicimus: Ha uirgo inſelix. Interdum poſtaſpirari: ut Ah te ne frigora lædant. Naſ maior i fine dictionis huius ſpiritus exigi uidetur: & maior alteri in principio. Interdum iter aſpirari ut Plautus: aha: ohe. Iuuenalis in ſeptima ſatyra. Statuer eſt cum dixit Horatius ohe. nam non ad placitum ueræ interiectiones eſſe uidentur: uelut ceteræ orationis dictiones: ſed naturales potius. Vnde etiã omni ſunt interdum nationi communes. Aſpirantur ergo in medio aha: uha: ohe: quæ per apocopen plerumque proferimus dicentes ah uah: ut Terentius: Vah conſilium callidum: ſimiliter oh.
- A**hhorreo cum aſpiratione poſt ab ſcribitur: Et uniuerſaliter omnes dictiones: quæ in initio aſpirantur: ſi cuius præpoſitionibus componunt: ſeruant aſpirationem in medio: ut perhorreo: inhorreo: & ſimiles.
- A**hinc ob eandem cauſam in medio aſpiratur.
- A**dhæreo ex ad & hæreo componitur: & aſpirationem ſeruat in medio.
- A**henum aſpirandum eſſe ante. e. poſt. a. litteram putauit Gellius li. ii. noſtium atticarum ex Fidi multi nominis romæ grammatici auctoritate: qui ei librum æneidos ſecundum mirandæ uetuſtatis oſtendit emptum uiginſi aureis quem ipſius Virgiliu fuiſſe credebat: in quo duo iſti uerſus cum ita ſcripti forent: Veſtibus ante ipſum primoque in limine pyrrhus Exultat telis & luce coruſcus ahenæ: additam inquit ſupra uidimus. h. litteram: & ahenæ factum: ſic in illo quoque Virgiliu uerſu in optimis inquit libris ſcriptum inuenimus: Aut ſolis undam tepidi deſpumat aheni: cuius ut parum ſupra ait: nulla ratio uiſa eſt: niſi ut firmitas & uigor uocis: quaſi quibusdam neruis additis intenderetur.
- A**nhelo ſcribitur ſimiliter per aſpirationem ante. e. nam ab halo trahitur: & ante præpoſitione: quæ non inuenitur niſi in compoſitione: & mutat. m. in. n. alii uolunt ab ad. alii ab ana.
- C**ohors cum aſpiratione in medio ſcribitur: & quidam ſimplicem putant. Quidam ex con & hortor compoſitione uolunt: eo quod tribunus illam: uel ipſa ſeſe mutuo frequenter ad pugnam hortari ſoleat.
- C**ohabito cum aſpiratione in medio ſcribitur: quam ex ſua compoſitione conſeruat.
- C**ohæreo ſimiliter in medio aſpiratur: quia aſpirationem ex ſua compoſitione non reiicit.
- C**ohibeo cum aſpiratione ante. i. ſcribitur. nam deriuatur a con & habeo: ubi abiicitur. n. & ipſus. a. in. i. conuertitur. Non tamen coerceo cum aſpiratione ſcribitur: quia arceo (a quo deriuatur) illam minime detinet.
- D**ehinc ob eandem cauſam aſpirationem in medio detinet.
- E**xhalo aſpiratur in medio: quia ab ex & halo componitur.
- I**nphio quia ab hio aſpirato componitur: aſpirationem conſeruat in medio.

- I**nhibeo simili modo aspirationem mediam seruat.
- I**nhabilis eodem modo scribi habet.
- I**ncho hac ratione aspiratur in medio: ut secunda. *f.* uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur: & licet in aliis temporibus & personis secunda uocalis in aliam commutetur: tamen ne a principali discrepent: aspirationem conseruant.
- I**nchoo cum aspiratione post. *c.* scribendum asserunt: alii ab ipso. *c.* amouentes: inter duo. *o.* collocant: ac inchoo scribunt.
- I**nhorreo aspiratur in medio: ut supra uidimus in abhorreo.
- L**achryma teste Gellio li. ii. noctium atticarum cum aspiratione post. *c.* scribitur: ex eadem ratione: quam diximus in dictione ahenum.
- M**ihi cum aspiratione in medio scribitur: nec ante aspirationem habet. *c.* consonantem: ut in antiquis marmoreis inscriptionibus romae aspeximus: nec ut puto cum sono eius consonantis proferebatur: sed cum ab incisiis quibusdam cum. *c.* littera ante aspirationem scribi coeptum fuerit: eius litterae sonum assumpsit: quem etiam ea dictione nunc quoque recte descripta conseruat. nam tunc quoque ut scribebatur: sic prolata sine. *c.* fuisse existimo: quod simile de nihil & nihilum puto. At nonnunquam a nostris mi unica syllaba absque sequenti aspirata scribitur: & profertur. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris: Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram: similiter Catullus: Lesbiam mi dicit semper male. idem alio in loco: Minister uetuli puer phaleri mi Inger mi calices amariore. Virgilius: Et mi genus ab Ioue summo. Quod ex graecorum imitatione profecisse puto: qui uos scribunt & dicunt: ita ut diphthongus ipsa *oi* in. *i.* nostrum sit conuersa: quae in. *ce.* conuertere debuit: & dici *moe*: quod teste Festo antiqui nostri obseruauerunt dicentes ac scribentes *moe* *cu* *z*. *ce.* diphthongo pro *mi*. Vnde in emendatissimo Gellio circa initium libri. xi. noctium atticarum scriptum reperiri ita *ce* cum. *ce.* diphthongo in fine pro itali.
- N**ihilum cum aspiratione media scribitur: a quo per apocopen extremae syllabae factum est nihil: & per syncope *am* *nil*. Quibus hoc modo teste Seruio super. vi. aeneidos in constructione utimur: ut si pars sequens orationis a uocali inchoet dicimus nihil: ut Virgilius:
Heu nihil inuitis fas quenuquam fidere diuis. Si autem a consonante initium sumat nihil ponimus. ut Iuuenalis: Nil tale expectas: & tamen nil producit cum nihil corripitur.
- P**ulchrum cum aspiratione post. *c.* scribi consuevit: quod teste Seruio & Prisciano in dictionibus latinis regulariter post eam consonantem aspirationis nota nunquam scribatur.
- P**raehendo aspiratur in medio: ut secunda uocalis per aspirationem auctiore & differenti spiritu a prima eiusdem speciei littera sonare uideatur. Quod si quis quaerat cur in *Beem* *Creem* *Screem* & ceteris huiusmodi nota aspirationis non ponitur: respondemus: ne a principalibus discrepare uideantur. nam *Beo*: *Creo*: *Screo* aspiratione carent: quare & ceterae personae etiam si eiusdem speciei uocales habeant minime aspirantur.
- P**erhorreo in medio aspiratur: ut supra uidimus in dictione abhorreo.
- S**epulchrum cum aspiratione media a plerisque scribitur: ut pulchrum: de quo supra uidimus.
- T**raho cum. *t.* simplici & aspiratione ante. *o.* scribitur. idque fieri dicunt ut in secunda & tertia persona a uerbo differat *Traeo*: quod minime aspiratur: & ex trans & eo componitur. nam quemadmodum transpono cum. *ns.* & tra pono absque. *ns.* scribitur: & transduco ac traduco similiter: ita etiam transeo & traco ueteres protulerunt.
- V**chemens cum aspiratione media scribitur: & (ut aiunt) dictum quasi uehat eminenter. alii ob id quoque aspirari dicunt: ut augmento spiritus eadem uocales in eadem dictione proferantur: ut de praehendo diximus.

De aspiratione terminali.

Estat ut de terminali aspirationis nota aliqua pertractemus: quae sane in nullis dictionibus latinis reperitur: praeterquam in paucis interiectionibus: ut *Ah* *Vah* *Oh*: quae Prisciano teste per apocopen ultimae uocalis proferuntur. Quod similiter nec in dictionibus graecis comperiri libet. At in barbaris quibusdam post tres mutas terminalis habetur: uidelicet post. *c.* *p.* & *t.* ut Sadoch Ioseph Deleth. Et haec de aspiratione dicta sufficiant.

Dictionum graecarum & latinarum: quae scribuntur per. *h.* litteram tam in principio medio quam in fine orthographia finit: Incipit earum quae ab. *i.* uocali scribuntur.

A cum. *i.* latino scribitur: fuit minor Athlantis filia: de qua Homerus libro. xiiii. odyssae ait: *Τὴν μὲν Ἴανηίδην*: est etiam interieccio exultantis.

Iachus cum. *i.* latino & *ch.* aspirato scribitur: nomen est Bacchi: quod deductum uolunt ab *ia*: hoc est eiusmodi uoce: & *χέων* hoc est fundens: quasi eiusmodi laticiae uoce clametur. alii uero componi uolunt ex *ἰνοσ* quod est uinum per abiectionem partis diphthongi: & commutationem aliarum litterarum in. *a.* uocalem: & *χέων* quod est fundens.